

30.

29

DISSE<sup>תַּבִּיב</sup>RATI<sup>O</sup> PHILOLOGICA,  
De  
**CAB B A L A:**  
maximē  
**E B R Æ O R U M.**

Cui

*Appendicis loco, ob argumenti similitudinem,  
accessit in fine.*

Hierographicum, juxta Auctores  
fide dignos, rupi Oreb, montis Sinai, à Mose divino  
Viro frequentatis olim, sesqvipalmaribus incisum  
literis, hodieque adhuc legi ibidē dignum:  
Cujus hæc sit Lectio & Interpretatio  
Latina:

*DEUS VIRGINEM CONCIPERE FACIET.  
ET ILLA PARIET FILIUM.*

*Autore,*

**ANDREA SENNERTO,**  
Profess. Publ. in Acad. VVitteberg.

---

WITTENBERGÆ.

*Literis Jobi VVilhelmi Fincelii.  
Anno M. DG. LV.*

1870  
MARCH 20TH, 1870.

WEDNESDAY

# V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, f. Consultissimo  
Excellentissimog,*

**DN. BURCHARDO**

**BERLICHIO,** In Begfahrt & Wal-  
tersdorff hæreditario, Comiti Palatino  
Cæsareo splendidissimo, Sereniss: Sax.

Dn. Electoris Consiliario gravissimo,  
Eidemq; à Secretis Camerae intimi-  
oribus, &c.

*Dn. Fautori & Patrono plur.  
honorando*

S. & O.



Agnifice, Nobi-

lissimeq; VIR, Fautor &  
Patrone pl. honorande,  
Contigit, ut superioribus  
diebus inter sacra, medi-  
tationes lectionesq; nata-  
litias Domini nostri, in hanc qvam vides,  
offerоq; hisce statim decenter & reverenter,

materiem inciderim. Minus seriis, seriis se-  
positis, minusqve severis, his scilicet studiis,  
videbatur ergo animus hac vice recreandus.  
Nempe qvemadmodum illi, qvi a scorpiis  
icti sunt, ab iisdem remedia petere sibi so-  
lent: ita qvi studiis ingenuis dant operam,  
ab iisdem, qvorum illos satietas qvædam ce-  
pit, animi oblectationem qvandam qvære-  
re non raro solent. Nec utili caret prorsus,  
qvin grande potius habet contra adversarios,  
doctrina hæc & pars philologiæ nostræ, haud  
ipsa postrema: sicut alibi & in decursu demon-  
stratur.   Enimvero Patronum dum qvæ-  
rerem hisce pagellis præsentibus, præ reliquis  
se se mihi offerebat Tua Magnificentia. Ec-  
cui enim cedis inter eos, qvi studia Acade-  
mica amant, fovent, promovent? Nostræ  
autem in specie Universitatis qvantus fuisti,  
(absit, palpo non percutio) es existisqve, fu-  
turusqve es sæpenumerò, semper adhuc pro-  
motor & Patronus, apud Serenissimum præ-  
fertim Nostrum? Nemo nostrum id nega-  
verit. Atqve pleno ore & de vero ego hac  
vice & hoc loco hæc pronuncio, assero, te-  
stor, scribo. De me nihil hec qvicqvam at-  
tinet

tinet addere. Accipe itaque, Fautor & Pa-  
tron, hoc quantillum est, quod offertur, &  
inter subcisia tua vel meridianum eidem, si  
placet, semel dignare tribuere: me vero denique,  
quod facis, amare & fovere neque desiste un-  
quam. B. Val. in Domino!

T. Nobiliss.

Magnificentiae

d. f. Purificat.  
Marie (2. Febr.) anno  
Christiano 1655.)

a Cultu

ANDR. SENNERTUS P. P.

# LECTORI BENEVOLO


Sal. & Felicitatem!

**M**ulta equidem sunt, quibus Religionis nostræ Christianæ, quæ una, sola inter omnes vera est, contra adversarios, post ipsissimum S. S. DEI Verbum, stabilitur ac defenditur veritas atque integritas. Enimvero si ex confessis item utrinque, vel saltim alterâ, ipsorum, parte progrediare, id sepius non sine exiguo hercile, sanè utrinque factum commodo. Tale, si cum Iudeo agendum sit, inter alia principium vere est Cabala quoque sive ars Cabballistica: magni habita extra controversiam semper apud eosdem: adeò ut, juxta illud Talmudicum, ipsis רכרי קבלה כרבריו הורה ר' מילא קבלה וcabala Verba Cabbalæ æqviparentur verbis Legis. Ecquid vero, quæsumus, majus sanctiusque de illâ dici poterat? Est quidam, conversus quidem Judeus, nomine Elchanan Paulus, is in peculiari de hac re contra populares suos, verpos reliquos, tractatu conscripto monstrat ex Cabbalâ desumptis testimoniosis LXXV, IESUM nostrum Nazarenum esse verum & promissum Messiam, frustrâ expectato ab iisdem adhuc alio. Alius quidam apud eos, Judeos; Sacerdos nomine Theodorus, Genuensis Italus, postmodum Ludovicus Carrettus nominatus, Regis idemque Galliarum Medicus, DEO ita moderante & misericerte praesertim ejusdem, ipsâ hac adductus motusque arte sola factus est Christianus: quod toties item salutare Servatoris nostri nomen יש Cabballisticè legeret inveniretque in Codice V. Instrumenti

menti Ebræo; aliaq; bis similia: quod v. gr. singulae radices vel themata in lingvâ originali sanctaque tribus tantum & non pluribus vel paucioribus constent literis: ex quo aliisque S. S. Triados mysterium colligebat idem. Itaq; cùm superioribus festis diebus natalitiorum Domini nostri, inter sacra alia, ferrer in similia Cabbalica, quæ concernebant præsertim nomen vel personam Messiae nostri, animo sedis statim exercitiq; ergo minus serii, intercalaris quasi, Philologie S. hanc nostræ partem non plane ignobilem, & quæ apud alios vel sparsum vel consciens aut prolixis item tractata nimis, Compendio trahere. Infinita enim, vel præsertim exempla, poteris Benevole Lector adhuc adscribere nostris, qui ut pote potiora ac præcipua saltim adduximus speciminis cuiusdam loco. Tollatur deniq; & heic & nunc item abusus, & verus suusq; rei usus maneat: ita res omnino salva erit. Tu hinc & qualibuscunque, si arrident, fruere Bone Lector. Vale.

P. S. Ut ne detur vacuum in facie subseq: Schema, quod infrà pag. 66. heic item impressum est. Iterum Vale.

# *INSCRIPTIONIS SINAIÆ TYPUS.*





בְּרִיעָה:

*DISSERTATIO PHILOLOGICA,*

*De*

# CABBALA, maximè EBRÆORUM.

## §. I.

Enus hominum reperire liceat, etiam inter mediocriter eruditos non raro, qui quod nesciunt ipsis, vel non satis certe intelligunt, dente leonino nihilosecius rodere minimè erubescunt. Contigit id, renascentibus ante hoc & quod suprà est seculum, per Dei gratiam, juxta cum puritate Verbi divini, literis bonis, etiam Græcis, nec non atq; imprimis sanctæ Ebrææ literaturæ: quibus ipsis τὰ λόγια τῷ Θεῷ conscripta nobis sunt. Quâ de re memorabilem vellepidam potius historiolam inter alia memoriae prodidit celeberrimus JCtus, Ducis Juliacensis Consiliarius, Conradus Heresbachius, qui sic declamantem circiter annum Christianum cl. I monachum quendam audivit crassum: Novam jam reper-

tam esse quandam linguam, quæ vocetur Græca, ab hac sedulò cavendum omnibus: hanc esse, quæ pariat omnes hæreses. Eā linguā insuper prōditum esse librum, qui in omnium manibus velit jam haberi, voceturq; Novum Tēstamentum, qui plenus sit rubetis atq; viperis. Præterea nunc aliam quoq; oriri lingvam, quæ vocetur Hebræa, hanc qui discant, planè ill'os effici Judæos: Lepidum sanè caput, atq; verbo Viro sancto haud indigna.

*Cabbala ignorata superioribus retrò seculis.*

II. Simile quid accidit item Cabbalæ sive arti Cabbalisticæ; pars quæ est Philologiæ S. Ebrææ haud ipsa ignobilis: de quâ aliquid nunc impræsentiarum mox, τότε. Cūmenim, referente Johanne Pico, Mirandulano, quæm vocant, in Apologetico suo, Oper. Tom. I. pag. m. 175. conf. Joh. Reuchlin. de art. Cabbal. lib. I. aliquando interrogaretur quidam (de clero) ecquid esset Cabbala, & qui Cabbalistæ? respondit: perfidum fuisse hominem quendam & diabolicum, qui dictus est Cabbala, & hunc multa contrà Christum scripsisse: hincq; ejus sequaces dictos fuisse Cabbalistas. Audi, insit & addit dictus Picus, rem ridiculam: quis, quæso, heic risum teneat?

III. Ac sanè, certè rem si paulò rectius perpendamus, ipsa hæc non tantum verè, sed etiam nominis id (Cabbala, Cabbalistæ) superioribus retrò multis seculis erant prorsus incognita plerisque inter Christianos; juxta cum ipsis ferè Antipodibus; undè nomen quidem ipsum apud S. Patres Ecclesiarumq; Doctores, aut Scholasticorum turbam magistrosque nostros, quos vocant, reperias, legas. Quod hinc videtur eò nimis, facilius accidisse: qnod, sicut nomen

men præ se fert ejusdem, de quo mox, Doctrina hæc à primà sui origine inter Ebraeos, gentem electam, quorum proprium hoc erat peculium, non scripto aut literarum monumentis, ut alia, sed *sóua πρὸς sóua* sive de manu in manum traderetur successivè accipereturq; ita continuè: nec à quibusvis promiscuè de gente hac, sed primoribus saltem, & tate sapientiaq; profectis præ cæteris, ordinisque qui ferine sacri erant viris. Ac quantumvis successu temporis essent, qui metu majoris damni, ne deniq; evanesceret fortè prorsus paternum id-dogma arcanumq; scriptis mandarent aliquid ejus, immò in hanc lucem item ederent publicam quædam: attamen hi ipsi idem fecerunt vel obiter quasi agendo & sparsim fere, aut tecte meritis multisq; sua obnubilantes velaminibus: unde Cimmeriis nihilominus adhuc ipsa hæc ars sepulta tenebris jacuit diu permanitque, ejusq; intellectum assecuti sunt paucissimi: adeò quidem, ut qui ejus quid crederent tamen se assecutos, vicissim hoc, arcanum tanquam profundum revealandumq; nemini, corde premerentimo: alij verò, adeò felicibus esse quicquid non contigisset, etiam intereruditiores sui seculi, ad nomen Cabbalæ aut Cabballistarum, inanditis fortè fortunâ ijsdem, obstupefserent: ac tandem, quemadmodum suprà memoratus Johannes Picus cit. loco testatur vicissim, illam monstrum esse aut ejus simile quid horrendum, ipso sono penè timendum, his verò non homines, sed centaurum quempiam aut hirco-cervos putarent: immò alij iterùni ignorantiae fratres planè calumniarentur fœtum Cabbalam esse diaboli: Unus donec atque primas facile idem, sui seculi phœnix

hostiumq; terror , Vir ingeniosissimus, multæ profundiorisq; scientiæ, quid? immò omnium cùm in Theologiâ tūm Philosophiâ , licet non annorum multorum, natus circiter utpote annos XXXIII. cùm decederet hinc, Johannes Picus, suprà laudatus, Mirandulæ Concordiæq; Princeps Italus demùm surrexit, eo deq; scibili quasi è longinquo aliquid suspicatus est, scriptisq; tandem aliquid item prodidit Latinè primùm. Ita enim de se ipso testatum reliquit, non uno in loco, præcipue apologetico suprà citato, pag. m. 123. teste insuper invocatō DEO, quod, nec minori quidem impensâ, librorum de præsenti materie non paucos sibi comparaverit (à Judæis) perlegerit item illos summâ cum diligentia indefessisq; laboribus, inveneritq; in illis religionem non tam Mosaicam, quam Christianam ; etiam atq; imprimis (ut loquitur pergitque) ibidem Trinitatis mysterium, Verbi incarnationem, Messiæ divinitatem, articulum de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de cœlesti Hierosolymâ, de casu dæmonum, de ordinibus angelorum, inferorum pœnis, alia : eademque se legisse porrò ibidem, quæ apud D. Paulum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus : ut hinc non parùm contrâ gentiles infidelesque modò , sed & ipsos Judæos hodie omnes religio Christiana stabili- ri possit. Haec tenus fere Picus, laudatus Comes. Hunc secuti postmodum sunt pauciores nonnulli aliij quoq;: Paulus Israelita, Augustinus Justinianus, Nebiensis Episcopus, Johannes Reuchlinus, qui & Capnio alias, Ægidius Viterbiensis, Petr. Galatinus, (de quo non disputo jam, an ejus sint hi libri, qui vul-

vulgò eidem attribuuntur, an verò cujusdam alterius, Raymundi Sebon vel Porcheti, juxta alios a- liosq; ) Archangelus de Burgo novo, Italus, atq; alij adhuc quidam, ex recentioribus præsertim: quorum, ἀευ προοιμίο ulterioris, lecturi vestigia hac vice sumus, repetitis repetendis, quæ ad hoc institutum nostrum facere quam maximè atq; hoc digna vide- buntur. JEHOVA Juva!

IV. Orsi itaq; à nomine non male & hic & nunc: Cabbala vel Kabbala est ab Ebræo, vel poti⁹ Chaldæo, (illud enim rariusculè occurrit) קְבָלָה, in z. Piel, quæ vocatur vulgò, quod est *accipere, recipere, suscipere*. (Aenario unde *capulo, decapulo, caput, capulum*, schöpffen / grieff / handthabe / ) propriè manibus & hinc mente, animo; tandem auribus quoque h. e. audire, auscultare, obtemperare. Unde קְבָלָה acceptio, receptio, q. d. doctrina accepta, recepta aliunde, ore tenus quidem, solo auditu, haud ἔγγεια Φασ: cuius correlatum est מסורה - vel מסורת traditio vel doctrina tradita, item vivâ voce perque manus quasi: de quo alibi. Ridicula illa est originatio, ut sic loquar cum Quinct, & vix non puerilis, quam tribuunt Raymundo Lullio, quasi vox sit composita Cabbala, è Chaldaico *abba*, pater & *alla* arabico, quod sit *Deus meus*: cumq;ne *Deus meus* nihil aliud sit vel importet nisi Christum: Christus verò nihil aliud, quam sapientiam divinam: ita sit Cabbala indigitetq; aliud nihil, nisi superabundantem & arcanam quandam sapientiam. Probè hercle.

V. Rarò audias & legi scribiq; videoas : קְבוּל Kib-  
bul. Plinio, curiosissimo illi suo seculo universi sci-  
bilis investigatori, qui & ipse è longinquò de eâ ali-

Etymum.

quid inaudiverit, asserit scribitque CL. Schickardus in Bechin. happenusch. pag. m. 61. vocari, depravato nonnihil, ut fert fortuna communis linguarum in peregrino idiomate, nomine : *Jodhabelam*, lib. XXX. historiae suæ, cap. i. circa fin: in quo quidem loco duobus propè verbis tangere videtur artem hanc, quod tamen nomen in editione nostrâ, Lugduni, cl. I LIII impressâ, reperire non liceat. Alias circumloqui sive circumscribere rem item assolent phrasibus hisce: תורת על פה q. d. *Lex de ore nata*: V. Picus Mirand. in apolog. pag. 176. item eloquia veritatis, vel רַךְ הָאִמָּתָה via veritatis, id est, Cabbala. V. J. Reuchl. de arte Cabb. lib. III. inter Oper. Mirand. ed. Basil. cl. I LXXII. Tom. I. pag. m. 3130. In concreto, quod dicunt, unde est postmodum & קַבָּלָן Cabbelan, (fallor, an hinc nostrum German. ein Cappelan/ id est, Verbi divini minister) & præser- tim מַקְבֵּל vel מקובל Cabballista, Cabbalistatus, ut sic loquar, ejus artis peritus, sectator, per hanc edoctus, & in numero multitudinis : מקובלות Cabballista, Cabbalici & Calici contracte, item Cabbalae. V. Reuchl. cit. lib. I. pag. m. 3014.

### *Homony- mia.*

VI. Jam sumitur vero id vocabuli juxta cum alijs non uno modo, nunc in ampliori, strictiore strictissimoque significatu. I. Notatur hoc Unaquaq; cuiusvis rei scibilis secretæ & mysticæ scientia, ea imprimis, quæ per viam occultam aliunde habetur, propagaturq; per modum successionis: quem Vocabuli sensum apud Ebræos agnoscit laudatus suprà Comes Mirandulanus in apolog. cit. pag. m. 180. vel ut loquitur L. Cæl. Rhodig. quicquid minus extritum passivumq; est. V. Lect. antiq. lib. X. cap. i. pag. m.

30. II. Apud Talmudicos non raro, cit. CL. Buxt. in Lex. Ch. Talm. & Rabb. V. קבלה pag. 1954. Scriptura S. sive Scripta prophetica & hagiographa ipsa. V. illum ibid. III. Alijs hodie, Sensus S. Scripturæ si- ve intellectus mysticus, qui sub literali latet non raro, idemque à Spiritu S. maximè est intentus. Quo de infra etiam aliquid. IV. atque in specie: Doctri- na Patrum primorum s. Patriarcharum, ab Adamo usq; ad Mosen, quam unus accepit ab ore alterius, tradiditque posteris suis, usque ad Iatam conscri- ptamque legem. V. Lex ore tenus tradita acceptaq;, præter scriptam illam, quæ hujus expositio sit quæ- dam: quam Moses dies quadraginta & toti- dem noctes in monte Sinai commoratus ex ore DEI didicerit, tradideritque successoribus suis lon- gâ serie, usque dum in literas partem redigeretur. VI. notatur Cabbalæ nomine hodie imprimis arcana quædam atque abstrusior doctrina, cùm vete- rum saniorum tūm recentiorum etiam hodie super- stitiosorumque Judæorum, circa mysteria quædam, in Mosis prophetarumq; scriptis, sub involucris ma- ximè literarum, syllabarum integrarumque dictio- num, tanquam sub symbolis certis latentia, quæ hinc varijs viis modisq; eruantur. VII. deniq; hoc nomi- ne gestit etiam nominari insulsa quædam, quid? im- mó falsa, superstitionis, impia, blasphemæ, addam dæ- moniaca ars Judæorum, aliorum; quæ & Practica a- mat à quibusdam salutari: de quâ aliquid etiam, sub finem, infrà.

VII. Nunc, unde varias ergò circumferri videoas *Definitio-*  
reperiasque hinc & inde seu definitiones seu descri- *næ varia.*  
ptiones, itemque divisiones Cabbalæ. Alijs siqui-  
dem

dēm est *Doctrina ex sacris literis colligens arcana multa cūm philologica tūm practica*: vel: *divinatio quādam ex literis sive elementis arguta*. Eliæ in Tisbi: *Arcanum Legis & prophetarum, quod accepit vir ex ore viri usq. ad Mosen, divinum virum, retrorsum numerando*. Raymundo Lullio: *Habitus animæ intellectualis, ex rectâ ratione divinarum rerum cognitivus; ac proinde scientia quādam divina*. Joh. Reuchlino, qui & Capnio aliâs: *Symbolica quādam theologia, in quâ literæ & nomina non tantū sunt signa rerum, sed etiam res rerum*. lib. III. de Cabb. inter Oper. Mirand. suprà cit. mihi pag. 3103. Vel item: *Divinæ revelationis, ad salutiferam DEI & formarum separatarum contemplationem traditæ, symbolica receptio quādam*. lib. I. pag. m. 3014. CL. Wilh. Schickardo in Bechin. happenusch. pag. 60. ita panlo pleniū circumscribitur: quod sit abstrusior Doctrina Hebræorum, de DEI & angelorum naturis atque mutuo consortio, de religionis præsertim Christianæ mysteriis in Vet. T. latentibus, de morum disciplinâ, item philosophiæ & bonarum artium arcanis; olim clam habita, nec cuivis concredita, multo minùs scriptis in vulgus prodita, sed oraliter tantum traditione inter sapientes diversorum seculorum continuâ successione propagata: partim variis literarum combinationibus, abbreviaturis & permutationibus constans, & plerumq; per ejusmodi secretiores modos è divinis scripturis Mosis & prophetarum elicita: hodie à Judæastris in superstitionem abusum tracta, & partim in medicinam, incantationes, adeoque magiam (ignoratæ veriori Cabbalæ ab ipsis perfidè substitutam) turpiter abrepta.

**Divisiones.** VIII. Ac ab his ipsis fere recensitis scriptoribus,  
alijs,

alijs, despescitur porrò igitur nunc Cabbala in עיוניה ומעשית Speculativam & Practicam. El. Levi- ta in Tisbi: vel סודות ספרות ומספרות numerorum & nomi- num. Pic. Mirand. in nōgentis Conclus. pag. in. 108. & Reuchl. de arte Cabb. lib. III. p. m. 3130. vel tres partes, petitas juxta ipsos ex Proverb. Salom. cap. XXII. comm. 20. Vid. illud: scil: numerorum, figure, & ponderis: quæ divisio proximè accedit ad hanc, de quā mox, quæ speculativa magis propria est: V. ite- rum Reuchl. de Cabb. lib. III. p. 3130. & 3132. Velenie- que in quinque partes : תיקון צירוף טאמר ממל ווחבון, id est, rectitudinem, combinationem, ora- tionem, sententiam & supputationem. V. vicissim Reuch. pag. cit. 3130. Speculativa porrò in גמטריא Gematrija, נוטריקון Notarjecun, & תמורה Temurah: quæ divisio dictione memoriali גנת hortus comprehenditur. V. Capnio pag. cit. 3132. Practica in בראשית Breschith & מרכבת Mercabba.

IX. Nos missis duabus superioribus primis acceptionibus Cabbalicis, expressis paragrapho sextâ: quemadmodum quidem constitutum nobis est ma- ximè & præcisè agere hec & nunc de Cabbalâ Ebræ- orum, quæ adumbratur fere in tribus posterioribus (extrâ septimam) acceptionibus in allegatâ paragra- pho; unde excerpere, facillimoque negotio, liceat ejus qualem cunque descriptionem: ita minimè ta- men prætermittendam censemus, quin potius præ- mittendam arbitramur omnino h. l. veriorem illam ac indubitatem sanè Cabbalam, quæ membro tertio ejusdem paragraphi tangitur. Ut adeò, (si quidem sub uno communique censenda nomine describen-

Cabbala  
quid?

daque sit aliàs Cabbala) aliud nihil nobis sit jam, nisi abstrusior atq; arcana quedam doctrina sive scientia, de mysterijs quibusdam, maximè fidei, in V. Instrumento, in Mosis & Prophetarum scriptis, sub sensu literali primo; hinc involucris item maximè literarum, syllabarum & distinctionum integrarum, aliarum immò rerum, tanquam sub certis symbolis suis, contenta, hincq; modis & rationibus varijs, non citra quidem fidei analogiam, eruta postmodùm: tandem ad abusum usq; etiam, immò superstitionem, maximè apud Iudeos. Vel, ut paucis plura complectar, illaque suprà adductâ utar. descriptione magni illius Capnionis, est Cabbala Theologia quedam symbolica, quâ literæ & vocabula sunt signa rerum; immò etiam res rerum.

I. Cabbala  
vera sive  
divina.

X. Unde orsi quasi ab ovo, quod dicitur, re altiusque vicissim repetitâ, Cabbala nobis alia est verior, indubitata atque divina; alia sequior hanc, media & humana, quæ & Judaica dicitur vulgo; alia denique falsa, superstitiosa, immò dæmoniaca. Jam, Veram Cabbalam atque indubitatem illam nihil aliud esse intendimus, cùm doctissimo J. Cto, Petro Cunæo (alijsque magni nominis Viris), in accuratissimo tractatu, de republ. Ebraeorum, lib. III. cap. octavo præsertim (lege omnino idem totum) quām sensum S. Scripturæ mysticum sive spiritualem, qui sub literali latet non rarò (ut suprà paragrapho VI. ex parte dictum etiam) & à Spiritu S. maximè vel primò est intentus. De quo (tametsi ex parte) non uno in loco Apostolus, quando notanter distinguit & accurate inter literam & spiritum: ac quorsum spectat id item.

אין מקרא וווען פירושו פשטונו : מורי פשטונו אבן יש לוי פשטונו עם מדרשו ואינו מירוי כל אחר : quod est fere : *nusquam Scriptura est absq; sensu simplici, sed habet pariter, ut mysticum, ita simplicem : his duobus non est ut caret.* Exemplo statim ut res fiat manifestior : sic Deuteronomij Capite XXV. comm. 4. legitur : *Non obturabis bovi trituranti os.* Litera textus, omnino plana eadem satis quidem alias. Ad quem locum nihilominus Apostolus i. Corinth. IX. vers. 9. seq. *Num boves ergo DEO cure sint? annon hoc potius propter nos dicit? propter nos utiq; hoc scriptum est.* Intellectus ergo ejus Legis particulæ mysticus est, non ut primò commendet boum saturitatem, sed teste Apostolo, ut ministrorum Ecclesiæ inculcat stipendia ; ut ut primâ fronte ejus nihil in textu appareat haberi. Absit verò jam, absit, imò potius nefas esto, existimare hunc sensum sublimiorum per omnia fugisse aut latuisse omnes superiorum seculorum Vates divinos, præcipue Mosen illum maximum, familiarissimumque DEO Virum. Itaque didicerat procul dubio omni ille ipse similia mystica Legis interpretamenta, ut Belgarum doctior, suprà laudatus P. Cunæus cit. l. loquitur, dum in monte Choreb sermonem cum DEO sereret. Ecquid enim ageret alias, apud Eundem dum quadraginta dies & totidem noctes esset? Hanc autem, quam à summo Numine tum alteram quasi Legem non scriptam ( Cabalam ) acceperat, in tabulas non redigit Vir divinus, inter alia ob hanc caussam, ( verba iterum laudati modò Scriptoris ) ut plebs Judaica, quæ tunc rudimentorum adhuc decurrebat spatia,

arcanos sacerorum voluminum sensus admiraretur  
potius, quam intelligeret. Hæc arcana Legis inter-  
pretamenta tūm postea, post Mosen illum, nullum  
dubium fuerit, successivè alijs data quoq; concessaq;  
fuisse, Sp̄itu S. qui item agitabantur: donec tan-  
dem non vulganda omnino mortalium seculis (ver-  
ba fere iterū Cunæi) en, diyino munere ipsis præ-  
sertim Apostolis atque Evangeliorum scriptoribus  
concessa sunt hæc; ut quod latuerat fere publicâ il-  
lorum voce proderetur nunc universis. Nec du-  
biū tandem nobis est, etiam præter ea, quæ reserata  
sunt ab hisce, (Apostolis & Evangelistis, quos vocant)  
proditaque literis sunt, infinita adhuc esse in V. In-  
strumenti codice, immo & novo, mystica similia, aut  
majore forte, quæ dabit alter novissimusque dies. Ex  
parte enim jam cognoscimus, & ex parte jam propheta-  
mus: posteaquam autem advenorit, quod perfectum est,  
tunc quod ex parte est abolebitur. Cernimus nunc per  
speculum & per agnima, tunc autem coram cernemus: at-  
testante & ipso Apostolo I. Corinth. XII. comm. 9.  
10. & 12.

Eiusdem  
Exempla. XI. Uno atque altero exemplo majoris eviden-  
tiæ & certitudinis ergo rem præterea dilucidabimus.  
Sic Libri primi Mosaici, Breschith sive Genesin quem  
vocant, Capitis II. commatis 24. verba: derelinquet  
homopatrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori  
sue, &c. Apostolus interpretatur de mysterio illo  
magno, de quo inter alia loquitur ad Ephesios, cap.  
V. sub finem, nempe de Christo & Ecclesiâ, sive com-  
munione spirituali inter hunc & hanc. Ita historiam  
de filijs Abrahami, Sarâ item atque Hagar, descri-

ptam ejusdem libri cap. XVI. & XXI. exponit idem Apostolus de duobus Testamentis, V. & N. Verbi divini, ad Gal. IV. subfin. Verbum Legis porrò, quod in medio Jesraelitarum sancitum constitutumque erat, descriptum ex parte item Deuteronomij cap. XXX. de quo dicitur præsertim commate 14. & præcedens *propinquū illud esse, in ore atq[ue] animis Jesraelitarum, ut ficerent il-*  
*lud: quæque verba, an dicam? hac ratione & secun-*  
*dum literam non nisi de latâ Lege ipsi illi intellexe-*  
*tunt; ut non dicam haud aliter fortè à cunctis o-*  
*mniū seculorum mortalibus fuissent intellecta us-*  
*que huc; idem vicissim Apostolus Rom. X. commate*  
*octavo trahit nihilominus ad doctrinam Evangelij, de*  
*eodem eadem interpretatus planè: hoc est, inquiens,*  
*Verbum illud fidei, quod prædicamus.* Expositio itaque  
 hæc non præter mentem quidem Mosis est, sed my-  
 stica tamen tota ipsa & Cabballistica. Unum adhuc  
 saltim ex Prophetarum item libris liceat adduxisse  
 exemplum: quod extat Hoseæ XI. ab initio statim,  
 ubi hæc leguntur verba expressa: *quoniam puer adhuc*  
*Israhel, dilexi eum, & vocavi filium meum ex Ægypto. Quæ*  
 secundum literam vicissim, & extra controversiam  
 quidem, de populo Jesraelitico, quem Deus quon-  
 dam eduxerat ex hac terrâ, quemque non semel alibi  
 etiam filium suum primogenitum nominat, intelli-  
 genda sunt. Ecquid vero Matthæus Evangelista?  
 Idem historiæ suæ cap. II. circa finem, illatum in ef-  
 fectum deducta impletaque asserit & scribit, mystica  
 similia sive Cabballistica edogitus à Spiritu S. quando  
 B. Virgo cum Filio suo, Servatore mundi, facta fuit  
 redux ex Ægypto. Quod nemini, arbitror vicissim,

post natos homines venisset in mentem, ita ut nempe hunc locum interpretatus fuisset, nisi Apostolo divinitus id datum concessumque fuisset. Alia atque plura apud alios videre liceat exempla. Nunc nihil addemus nos ultra. Expositiones hæc nempe similesque Cabbalicæ atque mysticæ sunt. Nec est, ut aliquis heic prætendat: Allusiones hæc esse omnia, quæ produximus modò similiaque his, quasdam meras, nihilque præterea; sive accommodationes nudæ, ita quæ instituantur à Scriptoribus divinis novi fœderis propter analogiam quandam inter res non omnino diversas. Absit enim, absit quidem, sit potiusque nefas, dixisse: scripsisse quidpiam novi fœderis auctores, quod non reverè extet in Veteri: nam Mosis sanè vatuumque ideo imprimis citant verba, ut sibi suisque scriptis fidem faciant: (at quam facient, si non bona fide citent eorundem dicta, quin potius torqueant hæc trahantque in diversum?) immò sapissimè ipsi profitentur, sese testes invocare illos, factum denique esse ita jam, & non aliter, quemadmodum illi quandam vaticinati sunt. *Eudÿλον.*

*Allegoriae  
Patrum.*

XII. Antequam hinc ad alia progrediamur, offerunt sese commodum, allusionum quadam factâ mentione, Allegoriae, quæ in communi ita vocantur alias, anagogæque Patrum sanctissimorum sive Ecclesiæ Doctorum: quæ utpote videri poterant familiam ducere cum superioribus, quæ de Cabbalâ veriori & divinâ dicta modò sunt. Ita enim ingeniosè hi, immò verò nervosè, eruunt (nonnunquam etiam, nec raro, inferunt) sensum aliquem sublimiorem è lite-

sā, p̄yτō textus, ut certare videatur cum superioribus. Quem in modum etiam B. noster Lutherus, non raro sanè: ex: causā: quando Verba Geneseos Cap. III. comm. octavo: *E* audiverunt vocem Domini DEI in horto ambulantis, ad auram diei: in gl. marg. germ: Bedeut / das nach gethaner sünde das gewissen angst leidet / bis das GÖTTEGS gnädige stimme kommt / und wieder kühle und erquicke das herz. Sic ad verba cap. VIII, 10. *Columba veniens ad Noachum circa vesperam; E* ecce folium olivæ in ore ejus: Delbladt/ das bedeutet das Evangelium/ das der H. Geist in der Christenheit hat predigen lassen. Dann Del bedeutet Barmherzigkeit und Gnade/ davon das Evangelium lehret: alibi. Quo in genere interpretandi Origenes, adamantius dictus, maximus alijs sanè vir, tantum sibi permisit, ut in modum omnino excesserit, neutquam verecundè ( verba laudati Cunæi suprà cit. l. ) Id. animadvententes ergò B. Augustinus atque Hieronymus, alij Patrum, pudenterores heic prudentioresque fuere, Quorum hic, posterior, de Origene, in epist. ad Pamphili justissimè quiritur; ex gratiâ, quod ita Paradisum terrestrem, libri Creationis ab initio, allegorizet, ut auferat planè historiæ veritatem: dum pro arboribus angelos; pro fluminibus virtutes cœlestes intelligit, ponit: & tunicas pelliceas Adami & Eva corpora humana interpretatur; quasi verò ante lapsum exuti penitus corpore vixissent. Enimverò, ut ut forte sint etiam alijs commenta eorundem ( Patrum ) aurea, concinna, pia satis, pulcherrima omnino nonnunquam; accedunt quidem propriis, non faciunt

ciunt tamen unam eandemque paginam cum superiore nostrâ, de quâ mòdò dictum, Cabbalâ: ad cuius utpote divinitatem opus est, ut iterum loquar cum doctissimo Cunæo, uti in hominis pectus vis cœlestis quædam descendat. Stat itaque hæc, de quâ impræsentiarum haçtenus, verior, sanctior & divina Cabbalâ intra suos terminos: non promiscua est. Vatum, prophétarum, apostolorum similiūmque proprium erat peculium quondam: quorum scripta, effata tantum sunt nempe ἀξιόπιστα, & qui quid in quoquo loco abstrusum, mysticum vel sublime, optimè noverunt. Quod de Patrum choro universo commentisque eorundem, ad illius veræ imitationem Cabbalæ effigiatis, ut ut optimis quidem aliâs & ipsis, dici nequit quam potest. Humanæ sunt authoritatis: pluris minimè. De quâ specie Cabbalæ nunc mox porrò.

## II. Cabba- la media sive hu- mana.

\*Απχν  
sinartifi-  
cialis.

XIII. Cabbala Ebræorum, quæ & Judaica vulgò dicitur, media illa, salsa, non insulsa, quæ cum analogiâ fidei, vel certè non contrà illam facit, aut immò debet, quam & humanam, in distinctione ad illam superiorē indigitavimus suprà, nunc atque imprimis lege promissi consideranda venit nobis. Est eadem verò vicissim, sic dicendo, ἄτεχνος sive inartificialis alia, alia ἐγτεχνος, technica sive artificialis. Illa hujus respectu ita dicitur, quod nullis, quemadmodum artificialis, ingenij humani inventis aut subtilitatibus, vel certè non semper æquè evidentiibus, nitatur, sed sola fere oralí traditione constet. Estque iterum vel antiquior vel

recen-

recentior. Antiquior: nempe Mose, divino amanu- Ante-  
enfe, recentior itidem ipso: Per illam intelligunt quior.  
antiquissimam multò doctrinam Patriarcharum seu  
Patrum primorum, ab Adamo usque ad Mosen,,  
quam ille, ~~πατόπλαστ~~, à DEO, majorem partem,  
immediatè accepit, atque tradidit ordinē & succes-  
sive ~~σόνα προς σόνι~~, posteris suis, usque ad latam  
conscriptamque Legem. Quanquam sint ( quod  
Cabballistarum primum jam videri poterat esse so-  
nnium ) qui usos Patriarchas sanctos in hoc nego-  
tii genere certis Præceptoribus esse ( ita loquuntur )  
affirnient; & nominetenus quidem Adamum Ra-  
ziele, spiritu quodam bono , Semum Jophiele,  
Abrahamum Zadkiele, Isaacum Raphaële, Jaco-  
bum Peliele, & sic consequenter. Vid. Reichl. de  
art. Cabb. in calcē oper. Mirand. T. II. m. p. 3017  
& 3021 seqq. Cæterū tales traditiones, exempli gr. *Eiusdem*  
fuisse perhibentur, ante diluvium quidem: illam de *Exempla.*  
Creatione hujus Universi, de Paradiso, septimo die  
sanctificando, lapsu primorum parentum, promisso  
hinc Messiā, de sacrificiis, fraticidio Caini, Enōchi  
raptu, diluvio universalī & similes alias: post dilu-  
vium verò maximè Præcepta septem, qvæ vocant,  
filiorum Noæ, ipsis iisdem data item ore tenus,  
& successivè aliis; observata in Ecclesia & republi-  
ca postdiluviana; ad latam usque Legem exscri-  
ptoq; Decalogo, cuius ex parte utpote infererentur:  
quæ & ipsa succedentibus temporibus illis item ad-  
huc, ut volunt, imponebantur populis septem in  
bello deditibus se: Israelitis, nec non prosely-  
tis quibuscunque, qui nempe circumcidit, cumq;

his ipsis unum adorare D E U M Israëlis volebant; adeò quidem ut qui unum etiam eorum violaret, gladio interficeretur; cujusque rei vestigium aliquod saltim habemus Actuum Apostol. cap. XV, comm. 20. & recensentur apud Talmudicos: Primum: בָּרְכַת הַשָּׁמֶן *Benedictio DEI*, ut nempe laudes Ipsi dicerent, precesq; funderent: Secundum: עֲבוֹדָה זָרָה *Cultus alienus*, ne Idolis servirent ullis: tertium: רִינֵין *Judicium*, ut justitiam administrarent publicè privatimq; : quartum: שְׁפִיכוֹתָה רְמִים *effusio sanguinis*, ne quod patrarent homicidium: quintum: עֲרוּזָה *revelatio nuditatum*, ne vagis contaminarent libidinibus: sextum: גּוֹלָח *rapina*, ne alienum appeterent: & denique septimum: אֶבְרָמִין חַי *membrum de vivo scil. animali* ne tollerent. Est & una præterea inter traditiones postdiluvianas hæc: quod Israëlitæ non comederent nervum quempiam femoris: aliæ adhuc forte. Prima omnium Cabballa, primordialis salutis humanæ nuncia (verba Capnionis, pag. m. 3019 & præcedd.) ex mente Cabballistarum quidem, fuit hæc, quam nutu D E I adhuc in Paradiso, aut certè hinc non longè, Adam à Raziele suo קְפָלָה accepisse contendunt: Vox nimirum ultima, quam cùm miser ex Paradiso ejiceretur, à DEO inaudiret: וְעַתָּה וְנִנְכַּת manum suam, וְסֻמַּת etiam de arbore vite וְcomedat וְvivat in æternum. Misso enim, ajunt, ad Adamum collapsum & mœrore plenum, præceptore ejus, (ita loquuntur) nempe Raziele, ut eum solaretur, ita vel in hunc fere modum appellasse,

di-

dicens: ne super modum conficiaris, Adam, gemitu & molestia, quod te duce genus humanum in summam corruit perditionem: quoniam peccatum originale hoc cum tempore expiabitur: addidisse que: sermonem hunc DEI, quem postremò ab eodem audivisset, modo Cabbalisticō esse intelligendum (docens adeò eundem Cabballam) ex cuius utpote indole non modò verbum ullum, sed ne litera quidem, quantumcunque minuta & exilis, immò nec apex quidem frustra ponantur. Cumque adeò dixerit DEUS: **תְּמַלֵּעַ** nunc ne manum mittat, sumatq; de ligno, &c. insinuari per illud *Nunc*, sententiam DEI non fore perpetuam; sed venturum cum tempore ad vescendum de ligno vitæ hominem destinatum, qui ex ejus posteritate nasciturus sit, justus, pacificus, vir heros, cui nomen in miserationibus, interq; alia ex quatuor his literis: i. h. v. h. (**יְהוָה**): quique per rectam fidem & placidam oblationem missurus sit manum suam, sumpturusq; de ligno illo vitæ, & ejus ligni fructum futurum omnium sperantium salutem. **Αἴτιον** Cabbalisticum, è primis.

XIV. Recentior **אִתָּחֶד** jam Cabbala quæ est Recētior. Mose, divino amanuense, ajunt, hanc Mosen, sicut etiam technicam illam alteram sive artificialem, (de quâ tum postea & præsertim) accepisse item divinitus, à summo sapientissimoque Numine, illamque hinc porrò succéssoribus suis reliquisse. Cujus extinctæ, quâq; ratione & in quibusnam ipsa mystériis constiterit maximè, rudera potius sive reliquias quasdam (præcipue inter Christianos) hodie habe-

mus saltē: unde nec longum eidem immorabitur. Pertinere ad illam videntur, breves & rotundæ illæ, ( tanq. apophthegmata quædam ) sententiæ, v. gr. quæ אֶבֶן כְּפָרְקִי Capitula Patrum vulgò inscribuntur, alia iten paradoxa quædam Cabbalistica, quorum numerum aliquem apud Picum, Comitem, Petrum Galatinum, Reuchlinum, alios reperire licet. Quemadmodum enim Pythagoræi philosophi, qui à Cabbalæis antiquioribus philosophiam suam symbolicam unicè hausisse creduntur, olim sua placita, doctrinas, non apertis seu verbis, seu præceptis, sed symbolis certis atque ænigmatibus quasi numerorum, figurarum, concentuum, involuta auditoribus suis tradebant: ex: gr. quando amici tiam non violandam innuebant, panem frangere vetabant: quando iracundum non irritandum, ignem gladio fodere prohibebant: quando animus non curis conficiendus, cor non comedere solebant: quod mutabiles amici non fovendi, hirundines sub tecto non ferebant: quod multitndini se non opponendum, occurrenti armento è viâ cedebant, &c. qui ritus quamvis quidem vulgo absurdi & ridiculi haberentur, à solis tamen ejus sectæ cultoribus, quid vellent, optimè intelligebantur: ita, inquam, hæc Cabbala species, ἀτεχνη recentior, multa in se se putatur mysticæ habuisse abstrusaq; continuisse; quæ, quod ejus Cultores, ceu margaritas porcis, promiscuæ multitndini objicere deridendaque proponere nollent, nec item scire ista tunc temporis fortè conduceret, dictiorum ejusmodi, à rebus gestis plerumque vel alio notabili casu desumpto-

rum, involucris obtexerunt, interq; omnium ætatum sanctiores tantum sapientioresq; occultè hæc propagasse creduntur. Cujus generis paradoxa, nota apud antiquitatem celebritatis, & aliud longè in recessu habentia, quām quod præ se ferunt aut primâ promittunt frōnte, exempli caussâ saltem sint hæc: v. gr. cùm dicitur: *Decem vestimentis induit* Ejus *tus DEUS creavit mundum*, fortasse de decem verbis his: *וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים וּמְלָא קָרְבָּן* dixit DEUS, decies repetitis in Operē Creationis à summo Numine id intelligendum est; quorsum alludit in Pirke Abhoth initium Cap. quinti. Ita cùm dicitur: *Ædificium mundi est Cubicum, babens sex latera*: putamus intelligi sextiduum Creationis. Porrò: *Linea viridis gyrat Universum*, accipitur fortasse de Providentia divinâ. Ita: *Mundus tunc aſſequetur suam perfectionem, quando manus per dentes jungetur uncino*: videtur salutare nomen Ebraicum יְשֻׁעָה innui; nam Jod manum, Schin dentem & Vau uncinum significant itemq; repräsentant elementis suis. Gloriosus Adam collatus est in medium Paradisi. Item: non fit rex terræ, nisi humilietur militia cœlestis: arbitramur ambo hæc pertinere ad Messiam, statumq; ejus in specie humiliationis, quem vocant. Sic: *Vestimentum Messiae rubebit*: an non per & propter sanguinem in passione effusum? cum quo congruit illud Jes. LXIII, 2 quare *vestimentum tuum rubicundum*; Et tang. calcantis in torculari? Et quæ sunt his similia plura: V CL. Schickard. in Bech. happ. p. 85. ex quo transcripsimus hæc quidem, qui ipsa ex supra allegatis Scriptoribus.

Cabbala  
technica  
s. artifici-  
alis.

XV. Succedit, de quâ potissimum nunc sermo  
habendus nobis (lege promissi institutiq;) Cabbala  
sive ~~ΕΥΤΕΧΙΘ~~, technica sive artificialis : Ebræorum ipsa  
sive Judæorum fere proprium aliâs peculum, ho-  
die verò ex parte & in quantum falsa atque sana est  
Christianorum etiam. Quæ & ipsa non minus jam  
atque præsertim Mosi, Viro (ut cum Justino atque  
Tertulliano loquar, qui hoc nomine Abrahamum  
dignantur) familiaritatis divinæ adscribitur. Qui  
cum in rupe Chôreb montis Sinai cum D E O ser-  
mones cæderet, ab Ipso hanc addidicisse creditur,  
tadidisseq; tum postea hanc, sicuti præceptum fue-  
rit ipsi, σόμα ωρὸς σόμα, longâ suâ serie successo-  
ribus suis, donec longè post natum Servatorem mun-  
di, ita volunt, Talmudi denique insereretur. Unde  
solemne illud quasi est, quod apud non paucos re-  
perias: quòd Pontificiis in Ecclesia Romanâ sint tra-  
ditiones, id Judæis in Synagogis suis esse Cabbalam;  
& vice versa: Quanquam quo aliquid dicunt, qui  
enunciant, non totum tamen exhauriunt ipsi: uti  
deinceps apparebit pluribus. Ac sanè vetus est opi-  
nio inter Judæos, Mosen præter latam exscriptam:  
que legem, aliam item non-scriptam, oralem sive  
acroamaticam, ut sic dicam, accepisse à D E O in  
monte, quæ illius expositio sit quædam uberior:  
ac porrò in illâ Mosis scriptâ lege, immò integro  
Verbo DEI veteri, præsertim illâ verò, ideo præter  
literalem atq; grammaticum, ut sic loquar, sensum,  
sub cortice quasi verborum, quin imò rudi facie  
syllabarum, literarum nec non apicum minutissi-  
morum quorumcunq; latere multa oppidò arcana,

non

non Religionis tantum veræ, sed etiam omnium penne artium atq; disciplinarum: quid? immò omnem denique miraculorum artem. Unde utpote, nec aliunde, tanquā ex feracissimâ quadā metallifodinâ omnium mortalium præsertim sapientissimus, rex Salomon, omnes profundissimæ suæ scientiæ thesauros hauserit. Ut de aliis nōndum, item atq; præcipuè Servatore mundi, Jesu nostro Nazareno, (ex eorum quidem mente) nihil hic quicquam dicam. Non enim frustra, ajunt, Mosen tot fuisse diebus, adde noctes, apud D E U M in monte Sinai commoratum: potuisse decalogum & reliqua vel unā fortassis alteraque horā addiscere: at quadraginta dies & totidem noctes fuisse ideo in sublimioribus mysteriis quibusdam addiscendis detentum; quorum quædam vestigia tum postea libris suis occultè impresserit & quedammodo: quem secuti sint hinc, in hac edocti arte, successores ejus atque posteriorum genuini hæredes, vates reliqui viri q; divini, magnâ suâ serie; ceu dictum semel atque iterum jam. Nec Judæos tantum, sed Christianorum nonnullos sententia hæc obstrinxit sanè non leviter. Unum nominasse præ reliquis sufficiat, Comitem, Picum Mirandulanum, sæpiuscule laudatum suprà: qui testes ejus rei Esdram, Paulum, Origenem, Hilarium, ipsum denique Evangelium pro se citat: Verba ejus V. omnino Apologet. pag. m. 176.

XVI. Enimverò antequam ulterius ad alia: *Eius vesti-*  
*descendamus, non præter rem omniò fuerit anno-* *gia quæda-*  
*tasse, Cabbalæ hujus, de quâ modò atque impræ-* *apud La-*  
*sen-*

tinos, sentiarum, ipsius, ajo), technicæ sive artificialis; Græcos, quam indigitavimus, vel ut aliter paulò nunc dicitur. Ebræos. cām, Artis ejus sive peritiæ (quæ cum nostrâ sanè analogiam quandam habet, vel qualemcunque) tradendi aliquid, scribendi occultandiq;, itemque exponendi vicissim stigmaticè (elementariâ quadam ratione) vel symbolice; hoc est, quando nimis sub dictiōnum integrarum involucris non solum, sed rudi quoque facie positiue vario syllabarum, literarum elementorumque, immò nonnunq. etiam rerum, tanquam sub symbolis certis, aliquid occultatur, innuitur nihilominus, indigitatur, atque hinc vicissim eruitur etiam variis viis modisque, vestigia qualia qualia reperiri passim apud Latinos, Græcos, ipsosque item immò Ebræorum Scriptores; adeoque esse nihilominus eandem longè vetustissimam, omnium fere temporum, locorum populorumque. Quod uno atque altero saltem liceat nobis demonstrasse exemplo, (hinc mox ad rem vicissim) è Latinitate, ut dictum, Græcis, immò & ipsis deniq; divinis Ebræorumq; scriptoribus, de sumptis. Ut de antiquioris item literaturæ scripturâ hieroglyphica Ægyptiorum Chaldæorumque nihil hic quicquam dicam: de quâ aliis utpote alibi dicendi locus est.

*Litteræ mysticæ Græcorum & Latino-* XVII. At verò minimè adferam primū omnium decantatas illas mysticas litteras quinque Græcorum, nudas similesq;, ad quarum imitationem Latini item habent suarum quasdam: quarum prima Pythagoræ Samio adscribitur, singulas verò ipsas apud Isidorum reperiuntur. Sunt autem haec:

hæ: r, Θ, T, A, Ω. Harum primam ad exemplum humanæ vitæ primus Pythagoras formasse creditur: cuius nimis. virgula inferior primam ætatem denotet, incertam quippe adhuc, & quæ se se nec tum vitiis nec virtutibus dederit: bivium verò ejus, quod supereft, ab adolescentiâ incipiat, cuius dextra quidem pars ardua sit, sed ad beatam tendens vitam, sinistra facilior, sed ad labem interitumque deducens: de quâ literâ vetustissimus quidam Poëta, uti Lactantius, lib. VI cap. 3. testatur, sic scripsit:

*Litera Pythagoræ, discrimine secta bicorni,  
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.*

*Nam via virtutis dextrum petit ardua calle,.  
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert,  
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.*

*Molle ostentat iter via lata: sed ultima meta  
Præcipitat captos volvitq; per ardua saxa.*

*Quisquis enim duros casus virtutis amore  
Vicerit, ille sibi laudemq; decusq; parabit.*

*At qui desidiam luxumq; sequetur inertem,  
Dum fugit oppositos incauta mente labores,  
Turpis, inopsq; simul, miserabile transiget evum.*

Secunda litera Græcorum Θ est, quæ mortem præfigurabat. Nam Judices in judiciis, qui morti nempe adjudicabant reum, calculo suo inscribebant Θ, indicantes eum esse θανατωτέον. Unde creditur litera per medium ejus habere quasi telum sive mortis signum. Quorsum Poëta:

*O multum ante alias infelix litera Thita:  
& vicissim Satyrographus:*

*Et potis es nigrum vitio prefigere Theta.*

Quâ de ipsâ ratione quoque apud Latinos sive Romanos, ut est apud M. Tullium, litera C infasta erat, quippe condemnationis signum; vice versa, A salutaris, quia absolutionis. Tertia T est & repræsentat Crucis figuram. Unde Ebræis *signum audit.* De qua intellectum volunt illud Ezechielis, cap. IX, 4. *Signa Thau super frontes virorum gentium & dolentium.* Reliquas verò A & Ω, summam & ultimam alphabeti sibi ipse vendicat Deus noster, Christianorum, & Servator mundi, inquiens: *Ego sum A & Ω.* Johann: Apocalypseως libri à principio & fine: His literis Justinus, Philosophus & Martyr, addit & x, cuius formâ ipse in secundâ ad Antonium Pium apologiâ affirmat mysterium Crucis dominicæ contineri: Platonem ejus rei testimoniūm advocans, qui in Timæo de filio DEI differens, (dubitare liceat, nec immerito: v. ipsum Platonem) ajat: DEUM in mundo filium instar x literæ posuisse. Verum verò de his atque similibus amplius non dicam. Alia sunt in promtu.

*Exemplis  
adstruitur  
Æsopi  
Phrygii.*

XVIII. Phrygius porrò notissimi nominis est fabularum quidem, sed minimè ineptius, fictor atque scriptor, idemque philosophus, Æsopus, genere atque conditione quidem servus, qui longè ante Trojanum bellum, tempore Judicum è primis, vixisse creditur. De eodem, quemadmodum in ejus vitâ est, scribitur, quod qvum aliquando unâ cum hero suo Xantho veteres ædificiorum quorundam ruinas perlustraret, fortè fortunâ inciderit in columnam quandam marmoream, cui se-

ptem literæ Græcæ erant incisæ, indicantes thesaurum eo in loco, non longè à columnâ, absconditum: quarum cum Xanthus intelligentiam anxiè desideraret, Æsopus, inventis integris dictiōnibus, quæ ab iisdem characteribus incipiebant, scripturam illam, tribus adhibitis quidem ordine expositionibus, illustravit. Erant autem literæ hujusmodi: A. B. Δ. Ο. E. Θ. X: has Æsopus, manifestans hero suo thesauri locum, quem literæ designabant, ita primùm exposuit: A, ἀποβὰς, i.e. Ascendens; B, βήματα, gradus: Δ, πέντερη, quatuor: Ο, ὁρύζας, fodiens: E, έυρήσεις, inuenies: Θ, θησαυρός, thesaurum: X, χρυσός, aureum: hoc est: *Ascendens gradus quatuor, invenies thesaurum aureum.* Cum itaq; Xanthus thesaurum effodisset, neq; partem aliquam auri Æsopo bono decerneret, modestè admonuit eum Æsopus, ut præcepto columnæ inscripto pareret, quod literæ eadem continerent hunc in modum: A, ἀνελόμενοι, i. e. Tollentes: B, βαδίσαντες, ite: Δ, διέλεθε, dividite: Ο, ὄν, quem: E, ἔνεστε, invenistis: Θ, θησαυρός, thesaurum: X, χρυσός, aureum: qvod est: *Tollentes ite, dividite, quem invenistis thesaurum aureum.* Quod qvum Xanthus herus facere adhuc renueret, solus auro potiriique niteretur, indignatus Æsopus hanc rem, comminatus est, nisi partem acciperet auri, se tertium ejusdem scripturæ mandatum executurum, quod tale esset: A, διπόδος, i. e. Redde: B, βασιλεῖ, regi: Δ, Διόνυσος, Dionysio: Ο, ὄν, quem: E, ἔυρες, invenisti. Θ, θησαυρός, thesaurum: X, χρυσός, aureum: hoc est: *Redde regi.*

*regi Dionysio, quem invenisti thesaurum aureum. Non absimilia his omnino reperire est etiam apud Platonem, in Cratylo, ubi de nominum etymologiis agit. Sed ad alia...*

*Augustini,  
Cypriani,  
Beda.*

XIX. Ad Doctores Ecclesiæ sive Patrum devenimus chorūm. Ita B. Augustinus, in tractatu nono super Johannem, & ante eum Cyprianus in tractatu de Sinâ & Sion, & post utrumq; Beda venerabilis, in comment. super Johann: declarantes etymologiam nominis Adam, ignari ipsi lingvæ Ebrææ quidem, minime verò prorsus destituti peritiâ omni tractandi vel tradendi aliquid symbolicè vel stigmaticè, putant primum hominem ADAM ita fuisse appellatum, quia terra illa, ex quâ factus est, à DEO sumpta sit ex Quatuor Cardinibus mundi, qui quatuor literis hujusmodi comprehendantur: nam A, Ανατολήν, i. e. Orientem, D, Δύσιν, i. e. Occidentem, Arursum, Ἄρκτον, i. e. Septentrionem, M denique Μεσημβρίαν, h. e. Meridiem significant. Quam & ipsam interpretationem nominis hujus multis anteà seculis Sibylla in secundo Oraculorum suorum libro, his carminibus expressisse fertur:

'Αὐτὸς δῆθεός ἐστι ὁ ἀνάστας τέλεαγράπι-  
ματον Αδὰμ,

Τὸν πρῶτον ἀλαζέντα, καὶ ὄνομα πλη-  
ρώσαντα,

'Ανατολήντε, δύσιντε, μεσημβρίαντε καὶ  
ἄρκτον.

quod

qvod est:

Nimirum D E U S is fixit tetragrammaton A-dam,

Qui primus factusq; est, & qui nomine com-plet

Ortumque, occasumque, austrum boreamque ri-gentem.

Idem Augustinus in tractatu in Johannem decimo, exponens illud ex eodem: *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, non dissimili planè usus arte, inquit: Numerum XLVI annorum ædificationis templi, significare structuram templi corporei, quod sibi Servator ædificavit ex carne Adæ, cuius nomen ΑΔΑΜ apud Græcos componitur ex literis numerum quadraginta sex comprehendentibus: siquidem A. unum significat, Δ quatuor, Α vicissim unum, Μ denique quadraginta: qui numeri simul juncti faciant XLVI: quot diebus nimirum Christi corpus in utero Mariæ, B. Virginis, absolutum sit.*

XX. Porrò D. Hieronymus, unde unde etiam hæc hauserit, in Quæstionibus super lib. I. Regum, cap. II. incisum octavum, examinans verba illa Davidis morituri ad Salomonem filium: *Habes quoque apud te Simei, filium Ghera, filii Jemini de Baiburim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ: exēcrandæ illius maledictionis vim explicans ibidem, ostendit(beneficio ejus artis, aut certè non dissimiliis ab hac nostrâ, de qua hactenus) convicia singula, quæ Simei congesserit in Davidem, contineri sub unâ illâ dictione: Pessima: quæ Ebraicè est*

est נִמְצָרָה q. dicas: *roborata*, *acri*, *acerrimā*, & his quinque literis constat: נִמְצָרָה. Per τὸν ergo, inquit, significatur ἀδελφός, i. e. *Adulter*, & alienae uxoris raptor: quo nomine Simei Davidi adulterium cum uxore Uriæ commissum exprobravit. Per τὸν significari מַוְאַבִּיתָם *Moabitam*: quâ voce Simei eidem objecit propriæ stirpis indignitatem, quam utpote ex ignobili & infideli Moabitarum semine duceret. In literâ ר notari רֹצֶחֶת, i. e. *homicidam*: qui utpote Uriam innoxium dolo malo sustulerit, omneque item genus regium Saulis trucidaverit. Per τὸν γὰρ porrò צְרֻעָה *leprosum*, quia ideo jam tanquam leprosus, & qui vi legum ex urbibus & à consortio hominum pelli dignus sit, è regno suo & à consortio popularium atque subditiorum suorum ejiciatur: deniq; in תְּזֵבֶת literâ significari תְּזֵבֶת abominabilem sive abominatum potius, quem utpote vicissim non solum homines, sed ipse D E U S exosum habeat, eundemque tanquam nihili-hominem & abominandum planè virum prorsus à facie suâ abjecerit.

*Jesaiæ,*  
*Jeremiæ,*  
*Danielis.*

XXI. Jam, Ebræorum Scriptores, iidmeq; ipsi divini, quod minimè per omnia peritiâ ejus artis, de quâ modò, destituti fuerint, extrâ controversiam fuerit nobis: idque constabit ex exemplis infrâ omnino adductis (magno numero), adducendis potius; si non singulis iisdem, certè omnibus simul sumptis, vel sanè aliquibus saltim eorundem. De quibus utpote (omnibus atque singulis) affirmari non potest, quod casu extiterint quodam fortuito, extrâ omnem veritatis fundamentique alicujus speciem:

ciem: viciſſim negari minimè, quod adhibitis adhibendis, terminis nimir. artis instrumentisque necessariis, ſenſum aliquem latentiorem nihilominus arcanumque feliciter non raro, nec citra jucundum utileque ſuo modo eruant, de quo antea immo lis dubiumq; inter interpretes, altum itemque erat quoddam silentium: addam item de quo per omnia, & apodictice, negari non poterit, quod hoc modo fuerit idem in ἡτῶ textūs. Exemplo declarabimus rem h.l. ſaltim uno alteroque Jesaiæ nempe, Jeremiæ, nec non Danielis, Vatum ex primis ipſorum. Quid ſcilicet apud illum Prophetiæ ſuæ cap. XXV, commate 25. nomen סְשָׁאֵחַ SESACH? (neq; enim legimus ita quenquam regum, aut nomen loci alicujus, ullibi in ſacris literis) & rex Sesach bibet poſt eos: & apud iſtum, (Jefaiam) cap. VII, 6. vox: טְבִּבָּל Tabeal? Volunt ergo, nec ci- tra quidem probabilitatis ſpeciem quandam, illum, (in primo) Jeremiam vaticinante in aduersus re- gem Babylonis, ne aperte planè irritaret contrā ſe regem ipſum, nomen Babel, artificiosè commuta- tis inter ſe elementis (modum infrā paulo tangemus) transformaſſe in Sesach: inquiens: & Sesach calicem irae D'EI bibet poſt eos, i.e. reges cæteros, de quibus fermo ibidem. Nec repugnat admodum historia: conf. B. Lutherum, in gloss. marg. germ. Eodem modo hunc, Jefaiam, in posteriori exemplo, veritum identidem, ne nominis expressâ mentione nimis offendetur rex Israël, de quo fermo ibidem, pro רְמָלֵךְ ſive potius רְמָלֵא per modum Cab- balæ Albam, quo de infrā, ſubſtituiffe טְבִּבָּל Tabeal.

*beal.* Quid dicam porrò de Daniele, qui & ipse di-vino afflatus quidem spiritu regi Babyloniae expo-suit tres istas dictiones (cap. V. comm. 25. vaticinati-onum suarum) מִנְאָתָקְרַבְנִי מִנְאָתָקְרַבְנִי Mene, mene, tekel upharshin, Cabballisticè, integris nempe, pro sin-gulis dictionibus, allatis substitutisq; totidē senten-tiis: *Mene, mene, hoc est, numeravit DEUS regnum tuum, Et consummavit illud: Tekel, id est, appendit, nempe lancibus, Et inventus es deficiens: Peres, id est, divisit, nempe regnum tuum, quod traditum Medis ac Persis est.* Quas quantumvis quidem & ipsas vo-ces simplices legere potuissent Chaldaeorum sapien-tes, evolvere tamen in hunc modum minimè illas valebant, quod σοχασινη, ut sic loquar, genuinâ, aut verâ Cabballa, hoc est, afflatu diviniore haud erant instructi. Nec dubium fuerit porrò nobis, aut cer-tè absurdî quid, quò majorem fidem suæ lectionis & interpretationis faceret astantibus Daniel, singulis & ipsis vocibus contrà parietem exscriptis adhibu-isse certam quasi Clavem, sive legendi rationem quandam Cabballicè, ut obvia nunc adeò atque de post facto, ut sic loquar, singulis hæc scriptio es-set: de quâ, legendi ratione, mirum in modū va-riant ideo Interpretes, maximè Talmudici: alii dum per modum (Cabballæ) de quibus infrà, *Atbasch* dictum, alii *Albam*, alii ordine retrogrado, alii ali-ter debuisse illas legi contendunt: V. Cl. Buxtorf. in Praxi Gram. Ch. & Syr. pag. m. 326. Nuper-rimè Benasse Ben Israël in de termino vitæ pag. 160 ideo sapientes Babel nec legere nec intellige-re potuisse illam scripturam arbitratur, quia ipsi le-gerint

gerint linea recta, cum longa debuissent; hoc modo:

ס	ו	ת	מ	פ
י	פ	ק	ב	
ז	ר	ל	א	א

XXII. Cæterum transeant denique hæc: in subsidium qualemque dicta veritatis Cabballæ alicujus, technicæ maximè illius. Ad rem vicissim. Autorem, sive potius Cabballam primum, ex mente ejus artis sectatorum, suprà audivimus ergò paragrapho XV. fuisse Mosen, Virum divinum, qui à D E O immmediatè eam קבר acceperit. Ad alia progrediendum nunc erat forte magis utilia atque necessaria. Enimverò modum primum etiam traditæ Mosi acceptæque ab eodem Cabballæ haud grave fuerit adscripsisse, successores ordinarios, alia: ex mente quidem Calicorum. Ac modum *Modus* quidem quod attinet primum, dabo hunc non *traditæ* meis, sed magni illius Capnionis verbis, ( ex mente *Mosi ac-ceptæg.*, dico, Cabballæorum ) ejusd. lib. III. de *Cabbala.* arte hac, ed. Henricipetrinae saepiusculè allegata suprà, quæ Operibus Pici, Mirandulani Comitis, sub finem annexa est, pag. m. 3129: quibus & ipsis Legis scriptæ traditæque modus exponitur. Hæc verò sunt: D E U S, inquit ibidem, ut asserunt Cabballæi, Legem suam in globum igneum conscripsit per ignem fuscum super ignem candidum. Ait enim Rambam Gerundensis: שבת לנו בקבלה שהורתה כהובחה באש שחורה על גביהם אש לבנה?

per Cabballam, quod fuerit Scriptura in igne fusco super dorsum ignis candidi. Unde illud extat Deuteronomio XXXIII: de dextrâ ejus ignea lex. Erantque tum literæ, ut ajunt, confusæ & inglobemantæ, quas studiosissimi quique speculativè intuentes, ac diligenter considerantes, Spiritu S. ducti facile possent hinc & inde, susq; deque, ultrò, citrò, prorsus, rursus, eligere, legere, colligere, ac in verba quælibet formare sententiam, in bonis bonam, in malis malam significantiam. DEO autem Moses edocitus in ordinem cunctas redigebat populo edendas, ut quæ Legis essent universi scirent & observarent, & inde Lex in libros distincta, & in arcana reposita est, sicut ipse recepit à Domino. Artem tamen ordinandi & variandi literas, & S. Scripturam ad mentis elevationem dulcissimè interpretandi à divinâ tunc majestate receptam, ut rem divinissimam, à rudibus imperceptibilem, vulgo non patefecit: sed electis tantum Josuæ & septuaginta ore ad os tradidit, à quibus postea semper electiores quique receperunt. Hæc illa. Nugæ.

*Successores ordinarii.*

XXIII. Successores porro Mosis constituantur jam in hac arte, primum Josuam, cum LXX senioribus; his Pineam, Eleazari filium, Aharonis nepotem: huic Heli, sacerdotem & ipsum summum. Huic successisse creditur Samuel, propheta & sacerdos: huic David, rex & propheta: huic Achias Silonites, propheta: huic Elias, propheta: huic Elisæus, & ipse vates: Elisæo Jojada, pontifex: eidem Zacharias, propheta, alius ab hoc cuius

pro-

prophetia extat: eidem Hoseas: Hoseæ Amos: huic Jesaias: huic Michas: huic Joel: huic Nahum: huic Chabbacuk: huic Sephonias: huic Jeremias, omnes prophetae: isti Baruch, scriba ejus: huic Esdras, sacerdos & scriba vulgo, una cum viris synagogæ magnæ, numero LXX, ut volunt, juxta alios CXX, inter quos etiam fuerint Aggæus, Zacharias & Malachias. Præprimis v. inter hosce (nominatos) extollunt Jeremiam & Esdram, qui ejus artis fuerint callentissimi. Hos excipiunt magnâ vicissim serie, quemadmodum quidem Capnio sive Reuchlinus numerat eosdem, lib. I. p.m. 3026, (alii aliter paulò numerant) Simeon, justus, unus è dictis LXX synagogæ magnæ: hinc Antigonus, Sochæus dictus, cum sociis, inter quos fuerunt Zadok & Bethus, radices hæreticorum, unde dicti sunt tum postea Zadokæi vel Saducæi & Bethusæi, non longè quando oriuntur item Pharisæi & Esseni: porrò Jose, ben Joëser & Joseph, ben Jochanan: qvos seqvuntur Jehosua, ben Berachiæ, cuius fuisse discipulus fertur, Maccabæorum ætate, Jesus quidam Nazarenus, non noster totiusq; mundi Servator, & Nithai Arbelites: hinc Juda, filius Tabai & Simeon, filius Sota: porrò Schemaja & Abtalion: hinc notissimi nominis illi R. Hillel & R. Schammaj: qui multa millia discipulorum, uno eodemque tempore, dicuntur habuisse: inter quos celebrantur Hillelis LXXX, excellenti ingenio & doctrinâ omnes, singuli: de quibus in Talmud in bavâ bâthrâ & succâ, adeo præstantes eosdem fuisse, ut XXX horum digni essent, quod super eos descenderet divinitas,

sicuti Moses fuerat ipse; XXX ut pro eis Sol staret, quemadmodum Jehosua fuit; cæteri denique XX, mediocres ut ut vocati fuerint, nihilominus tamen minimus eorundem, nominé R. Jochanan, ben Zakkai, tantæ fuisse vicissim creditur sapientiæ vel excellentiæ, ut nec Scripturam nec Talmud ( sensus & doctrina fortè Talmudis intelliguntur, cùm tunc temporis ejus nondum fundamenta jacta fuerint) neque cætera omnia sciri digna, usque ad vulpium exempla, (verba Talmudorum) & dæmonum narrationes scire prætermiserit. Ex quo minimo inter LXXX dictos ipso, ceu ungve, (ita volunt) leones cæteros dijudicare licet. Nugæ: atque hæc obiter quasi. Hos plurimi adhuc seqvuntur alii: donec ventum fuerit ad tempora obsignati, ut loquuntur, Talmudis; hoc est, quando unanimitate consenserunt Judæi omnes, tanquam in librum symbolicum quendam, in id doctrinæ suæ genus: cui Cabbala item, maximam sui partem, (ita volunt) fuerit inserta: quæ ejus obsignatio quasi (Talmudis) creditur obtigisse circiter annum Christianum Is.

*Scripta Et  
Libri Cab-  
ballistici.*

XXIV. Hiq; Mecubbalim illi, iidemque Ordinarii (non quod extra hosce alii nulli præterea fuerint) quibus, ceu creditur, **הַתּוֹרָה עַל פָּרָשָׁה**, Lex hæc *de ore nata*, tradita acceptaque, h. e. Cabbala ordine & successivè propagata fuit. Verum verò monendus heic curiosus Lector adhuc est, de quo suprà sub ingressum, paragrapho III. etiam obiter aliquid saltem: quædam ejus dogmatis subinde tamen & nonnunquam fuisse literarum monumen-

numentis consignata. Ut enim nihil dicam, quod traditur, ipsum Mosen mox in agro scripti Pentateuchi seu Legis scriptæ hinc & inde pafsim disseminasse ejus quædam vestigia: multò minus quam heic de libro יִצְחָק, quem vocant, h. e. *Creationis*, quem Abrahamo adscribunt, aliis: certè cùm ante, tūm etiam ac præcipue post Esdram, sacerdotem summum & legis-peritum, maximè verò à temporibus Rabbenu, quem vocant ita κατ' ζοχὴν (ob eximiam doctrinam & vitæ sanctitatem) Hakkadosch id factum est. Cùm enim adverteretur tandem, ob frequentes populi sancti, propter peccata sua, à DEO immissas calamitates, clades, cædes, captivitates, dispersiones & exilia, illam per manus traditionem, & oralem acceptationem successionemque ordinariam servari minùs posse, ne periret planè tandem id arcanum, divinum paternumque dogma, denique eò ventum, ut metu majoris damni alicujus literarum monumentis idem partem concrederetur. Similium Scriptorum numerum aliquem legere est iterum apud Reuchlinum, de arte Cabb. lib. I. pag. m. 3028 seq.

XXV. Hinc antequam abeamus porrò ad reliqua ac potiora nostri instituti, verbis Pici, Concordiæ Mirandulæque Principis, haud pigebit percipere, cùm quid ipse de re eâ in universum (Cabbalâ) ac summatim quasi, tūm v. atque præcipue de Esdrâ ejusdemque libris Calicis quidem, & in Apologetico suo, pag. m. 122 seqq. & tract. de homin. dign. pag. 328. seqq. Ita verò habent ejus verba singula: *Venio nunc ad ea, que ex antiquis*

*De Esdrâ,  
ejusd. li-  
bris 70. &  
Cabbalâ  
in generis  
Picus..*

Hebraorum mysteriis eruta, ad sacrosanctam & catholicam fidem confirmandam attuli; quæ ne forte ab his, quibus sunt ignota, commentitia nuge, aut fabula circumlatorum existimentur, volo intelligant omnes, quæ & qualia sint, unde petita, quibus & quam claris authoribus confirmata, & quam reposita, quam divina, quam nostris hominibus ad propugnandam religionem contrâ Hebraorum importunas calumnias sunt necessaria. Scribunt non modo celebres Hebraorum Doctores, sed ex nostris quoque Esdras, Hilarius & Origenes, Mosen non Legem modo, quam quinque exaratum libris posteris reliquit, sed secretiorem quoque & veram Legis enarrationem in monte divinitus accepisse; preceptum autem ei à DEO, ut Legem quidem populo publicaret, Legis interpretationem nec tradaret literis, nec invulgaret. Sed ipse Iesu Nave tantum, tum ille aliis deinceps succendentibus sacerdotum primoribus, magnâ silentii religione revelaret. Satis erat per simplicem historiam nunc DEI potentiam, nunc in improbos iram, in bonos clementiam, in omnes iustitiam agnoscere, & per divina salutariag, præcepta ad bene beateg, vivendum, & cultum verae religionis institui. At mysteria secretiora, & sub cortice legis, rudiique verborum praetextu latitantia, altissime divinitatis arcana, plebi palam facere, quid erat aliud, quam dare sanctum canibus, & inter porcos spargere margaritas. Ergò hac clam vulgo babere, perfectis communicanda, inter quos tantum sapientiam loqui se ait Paulus, non humani consilii, sed divini præcepti fuit. Quem morem antiqui Philosophi sanctissimè observavunt. Pythagoras nihil scripsit, nisi paucula quedam,

que

que Dame filie moriens commendavit. Aegyptiorum templis insculptæ Sphinges, hoc admonebant, ut mystica dogmata per enigmatum nodos à prophana multitudine inviolata custodirentur. Plato, Dioni quedam de supremis scribens substantiis, per enigmata, inquit, dicendum est, ne si epistola forte ad aliorum pervenerit manus, que tibi scribimus, ab aliis intelligantur. Aristoteles libros prima Philosophia, in quibus agit de divinis, editos esse & non editos dicebat. Quid plura, IESUM CHRISTUM vite magistrum assert Origenes, multa revelasse discipulis, que illi, ne vulgo fierent communia, scribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dionysius Areopagita, qui secretiora mysteria à nostræ religionis autoribus, ēn v̄s eis v̄v dia μέση λόγος, ex animo in animum ( sine literis ) medio intercedente, verbo ait fuisse transfusa : hoc eodem penitus modo cùm ex DEI præcepto vera illa legis interpretatio Mose deitùs tradita revelaretur, dicta est Cabala, quod idem est apud Hebreos, quod apud nos receptio. Ob id scilicet, quod illam doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinariis revelationum successionibus alter ab altero quasi hereditario jure reciperet. Verum postquam Hebrei à Babylonica captivitate restituti per Cyrum, & sub Zorobabel instaurato templo, ad reparandam Legem animum appulerunt, Esdras tunc ecclesie præfectus, post emendatum Moseos librum, cùm planè cognosceret per exilia, cedes, fugas, captivitatem gentis Israëliticæ, institutum à majoribus morem tradendæ per manus doctrinæ servari non posse, futurumq; ut sibi diuinatus inducta cœlestis doctrinæ arcana perirent, quorum commentariis non intercedentibus durare diu memoria

moria non poterat, constituit ut convocatis, qui tunc supererant sapientibus, afferret unusquisque in medium, quæ de mysteriis Legis memoriter tenebat, exhibitisq; notariis in septuaginta volumina (tot enim ferè in Synbedrio sapientes) redigerentur. Qua de re, qui mihi non credunt, audiant Esdram ipsum sic loquentem: Exactis quadraginta diebus loquutus est altissimus dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, legant digni & indigni, novissimos autem septuaginta libros conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo: In his enim est vena intellectus & sapientiae fons, & scientiae flumen: atque ita feci. Hac Esdras ad verbum. Hi sunt libri scientiae Cabale, in quibus meritò Esdras venam intellectus, id est, ineffabilem de supersubstantiali Deitate Theologiam, sapientiae fontem, id est, de intelligibiliibus angelicisq; formis exactam Metaphysicam, & scientiae flumen, id est, de rebus naturalibus firmissimam Philosophiam esse, clara in primis voce pronunciavit. Hi libri Sixtus quartus, Pontifex Maximus, maximâ curâ studiorum curavit, ut in publicam fidei nostrae utilitatem latinis literis mandarentur. Jamq; cum ille decepit, tres ex illis pervenerant ad Latinos. Hi libri apud Hebreos hac tempestate tanta religione coluntur, ut neminem liceat nisi annos quadraginta natum illos attingere. Hos ego libros, non mediocri impensa mihi cum comparassem, summâ diligentia, indefessis laboribus cum perlegisse, vidi in illis (testis est DEUS) religionem non tam Mosaicam quam Christianam: Ibi Trinitatis mysterium, ibi Verbi incarnatio, ibi Messie diuinitas, ibi de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de cœlesti Hierusalem, de casu dæmonum,

*de ordinibus angelorum, de purgatorio, de inferorum pœnis. Eadem legi, quæ apud Paulum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidiè legimus. In his verò quæ spectant ad Philosophiam, Pythagoram prorsus audias & Platonem, quorum decreta ita sunt fidei Christianæ affinia, ut Augustinus noster immensas DEO gratias agat, quod ad ejus manus pervenerint libri Platonicorum. In plenum, nulla est fermè de re nobis cum Hebreis controversia, de qua ex libris Cabalistarum ita redargui convinci non possint, ut ne angulus quidem reliquus sit, in quem se condant. Cujus rei testem gravissimum habeo Antonium Cronicum, virum eruditissimum, qui suis auribus, cùm apud eum essem in convivio, auditum Dactylum Ebræum, peritum hujus scientiæ, in Christianorum prorsus de Trinitate sententiam pedibus manibusque descendere. Hactenus Picus.*

XXVI. Restat nunc, ut, quod potissimum ad Divisio f.   
huc est nostræ Tractationis argumentum, tandem Species   
deveniamus ad species quoque sive divisionem Cabbalæ   
Cabbalæ technicæ vel artificialis; quam & Spe-   
culativam s. contemplativam nec malè vocant aliás,   
in distinctione ad Practicam sive superstitionem. illam, de quâ aliquid saltim etiam infrà: hoc est,   
ut investigemus nunc modos item atque rationes   
varias interpretandi Legem & reliqua Veteris fœ-   
deris Γέωπολις Cabbalisticè: quatenus nimirum,   
(ut ex parte jam & suprà dictum quoque est) non   
tantum sub dictionum integrarum involucris, sed   
& facie rudi positiisque vario syllabarum, literarum   
elementorumque singulorum, immò rerum non-

nunq. etiam, creduntur latere mystica & abstrusa, multa Religionis aliarum itemque rerum habituumque: dum literas maximè jam, syllabas, alia textus Biblici, (maximè omnium verò Nominiū divinorum) considerant variis modis, intentur speculativè, inter se conferunt, numerant, pro numeris accipiunt, transponunt, commutant symbolicè & similiter, ut eruant hinc, dicto modo, sensum aliquem arcanum mysticumque. Ac fingunt sibi heic quidem, interpretandæ Legis præfertim, alii aliique modos plures: v. & conf. suprà paragr. VIII. (Aben Esra doctus, quem sic *αρ' ἐξοχὴν* vocant, LXX numerat.) Enim verò nos contenti erimus hac vice & h. l. communissimā illā &, nisi insigniter fallor ego, convenientissimā planè, distinctione, quæ Mofi utriq;, & Aegyptio & Gerundensi, nec non plerisque Cabbalæorum Scriptorum recepta est, V. & conf. El. Levit. in Tischbite, & Reuchlin. lib. III. pag. m. 3130 seqq: quâ in Partes five Species tres distinguitur Cabbala, de quâ modò, ad quas quidem reliqui & specialiores modi plerique facile ac commodùm reduci possunt, & notantur vulgo his nominibus: I. גַמָּתְרִיָּה *Gematrija*: II. נֹטָרֶגֶעַן *Notarjecun*: & III. תְּמֻרָּה *Temurah*: quæ ideo à Rabbi Josepho minore, Salmitano, lib. de art. hac, cit. Reuchl. alleg. loco, dictione memoriali, per בָּרָא, Cabbalæ & ipsam speciem subordinatam, גַנְתָּה *bortus* comprehenduntur. Harum trium itaq; singularum specierum, unâ cum subordinatis, dabimus nunc porrò descriptionem primùm vel qualemcunque, exemplis itemque tum

sum postea uno alteroque saltim, eo tamen maximè illustri, prout dabitur occasio, rem declarabimus.

XXVII. Prima itaque species quam *Gematria*- *Geme-  
jam* vocant ( à Græcâ voce *Γεωμετρία* nomine abs- trija.  
que omni dubio deducto ) nihil aliud est , quām  
Mathematica ( secundūm quantitatem ) considera-  
tio literarum vel dictionum etiam aut textuum  
integrorum S. Scripturæ. Quantitas autem ma-  
thematica cùm duplex sit, discreta sive numerus  
& continua sive magnitudo, duplex iterū Cab-  
balæ hujus exsurgit ejus peritis species : quarum  
altera atque prior convenientiūs fortè atque po-  
tiūs *Arithmologia* dicenda ; altera v. atq; posterior  
*Geometria* in specie atque *κατ' ἔξοχὴν* sic dicta ve-  
nit. Prior illa literas textūs sive vocis alicujus re- Arithmo-  
solvit in numeros : ( numerant enim , sicut & Græ- logia.  
ci & ex parte Latini , Ebræi maximè & cæteri fere  
Orientales populi literis suis , ut primum elemen-  
tum in ordine significet ipsis Unitatem , secundum  
stet pro binario , tertium ternarium numerum no-  
tet , & sic consequenter ) & ex his vicissim nume-  
ris , collatis quidem cum ipsâ re vel aliâ saltem vo-  
ce correspondente , h.e. ejusd. valoris quoad nume-  
rum , elicit certam atque arcanam quandam do-  
ctrinam . Ex: gratia : Integer ille versus vel incisum *Exempla.*  
primum , quo Ebræus textus sive Biblia incipiunt ,  
repræsentat  $\pi$   , literam , sexies : quam toties  
quoque oculis ingerit comma vel incisum ultimum  
in fontibus , h. e. Bibliis Ebraicis , quod est in capi-  
te ultimo libri   sive II. Paralipome-  
ny , quæ vocantur . Ex his ergò commatibus duobus ,

summo vel primo & ultimo Bibliorum S. cumque  
 נ, litera, nota sit & ipsius millenarii numeri,  
 quæque porrò utrobius sexies reperiatur, colli-  
 gunt Cabbalistæ mundum duraturum sex mille an-  
 nos: quæ aliàs item est Traditio vetus, traducta ex  
 familiâ sive scholâ Eliæ, & reperitur in Talmude,  
 tract. Sanhedrin, cap. II. Ita porrò initialia illa  
 Mosis verba bina: בראשית בראשית, i. e. *in principio*  
*creavit*, per alia (ejusd. valoris numerici) hæcque  
 illa atq; hoc modo exponunt: בראשת השנה נברא, i. e.  
*in principio anni creati* vel *inchoati* (utrobius  
 continetur nimis numerus 116.) Hincque colli-  
 gunt jam mundum in autumno, mense circiter Se-  
 ptembri, unde Ebræis quondam aliàs initium anni,  
 creatum à DEO esse. Sic Gen. XLIX, 10. in vo-  
 cibus his: duabus; רְבָא שִׁילְרָה veniet Siloh Baal tu-  
 riūm quærit nomen *Messie*, מֶשֶׁיחָה, quod in illis scil.  
 contineatur, quia utrobius literæ in numeris ef-  
 ficiunt 358. Eodem modo ejusd. Genes. libri cap.  
 XLII. v. 2: quando Jacobus dicit ad filios suos: רְדוּ  
*descendite* scil. in Ægyptum, volunt in literis hisce  
 verbi רְדוּ contineri numerum annorum servitu-  
 tis Ægyptiacæ, nempe 210: tantundem enim va-  
 lent hæ literæ רְדוּ. Porrò ita Numer. XXIV, 17: ver-  
 ba hæc: שְׁבַט וְקֹמֵם exsurget sceptrum è Jacob, &c.  
 exponit Elchanan Paulus, conversus quidam Ju-  
 dæus, in peculiari de similibus Cabbalisticis tra-  
 ctatu, per illa alia, quæ in præcedentibus nimirum  
 contineantur, scilicet: יְשֻׁעָה בֶן דָוִיד: quod utro-  
 bius iterum habeatur idem numericus valor sc.  
 457. Psalmo II, 2: extat: Convenierunt reges terræ ו  
 principes adversus Dominum עַל מְשִׁיחָה contrà Mes-  
 siam:

ſum ejus, hæc posteriora duo vocabula idem exponit conversus Judæus per illa, quæ in præcedenti-  
bus contineantur: יְשׁוּעָה בֶן יְהוָה: quia utrobius  
iterum involvatur idem numerus, nempe 464.  
Pſalmo LXXII, 17. illa, ubi legitur: *ante' ſolem* וּנְנוּן  
ſuper dominabitur nomen ejus, idem exponit per hæc:  
יְשׁוּעָה בֶן רֹאשׁ, *Iesuſ filius David*: utrobius eſt 462.  
Jefaiæ IX, 6. verba hæc: שֵׁמֶן פָּלִיאוֹת nomen ejus, ad-  
mirabilis, iſtæc ita (eundem, inquam, in modum  
subducta) continent: יְשׁוּעָה בֶן רֹאשׁ *Iesuſ filius Da-*  
*vid*: (utrobius eſt 457.) Subsequentia verò illa im-  
mediate: יְשׁוּעָה בֶן אֱלֹהִים פָּלִיאוֹת *admirabilis, consiliarius,*  
*DEUS fortis*, illà vicissim: יְשׁוּעָה בֶן אֱלֹהִים *Iesuſ*  
*filius DEI* (utrobius 519) Michææ V, 1. illa: מֶלֶךְ כְּבִישַׁרָּאֵל  
*Dominator in Israel*, hæc continent:  
יְשׁוּעָה הַמְּשֻׁחָד מֶלֶךְ הַיְהוּדִים *JESUſ CHRISTUS, rex*  
*Judeorum* (utrinque 919).

XXVIII. Porrò altera nunc species ( sub- Gematri-  
ordinata ſive ſpecialior ) *Gematrija in ſpecie* atq; ja in ſpe-  
ciat ἔξοχὴν ſic dicta, illa considerat quantitatem cie & κατ'  
continuam, h. e. magnitudinem, nec non propor- ἔξοχὴν ſic  
tionem ſive ſtructuram, cum ac primò quidem dicta.  
literarum, tūm etiam & deinceps ædificiorum in  
Scripturā S. descriptorum: ex quorum utpote di-  
mensionibus, ſitu, poſitu ratio atque proportione  
arcānum quendam atq; myſticum ſenſum iterum  
elicit. Unde vicissim Calicis duæ heic exſurgunt ſpe-  
cies ſubordinatæ quaſi: quarum primam quidem  
צְרוּיִת ( à rad. צְרוּ signifiſat *formare,*  
*eſſormare, effigiare, depingere*) Zurijith, q. dicas *figurati-*  
*vam*, vocant: altera verò cum Mathesin ἀρχιτεκtoνί-  
κην ſpectet proximè, *Architeconica* nominari non

**Zurijth.** incommodè poterit. Enim verò constat ante omnia, (aut debet ita sanè) nec id quidem sine admiratione legentium, in Bibliis SS. olim, semper atq; hodie nunc (cōstanter) impressis, manuscriptis, legi cerniq; alia quidem elementa sive literas reliquis majusculas, minusculas, inversas, suspensas nonnihil alias aliasq; & sic porrò, omnia hæc q; non fortè sine omni caussâ, (multò minus casu quodam) potius de singulari quadam ita ordinata industriâ. Ex variâ itaque hac primùm literarum structurâ, proportione posituque, per modum Zurijth dictum suprà, varia iterum venantur arcana mysticaque.

**Exempla.** Exempl. gr. Genes. I, i. Prima textūs sacri litera est Beth quoddam majuscum, quo sacer, inquam, Codex inchoatur. Dicunt hoc ideo itaque præfixum, ad considerandam nempe magnitudinem & sublimitatem Operis Creationis, quod mox describitur in subsequentे tractatione. Eiusdem libri Creationis statim Cap. II, 4. vicissim exaratum extat ה quoddam minusculum in voce nempe בְּהַבְּרָאָם in *creari ea*, h. e. cœlum & terram. Hoc ideo factum ajunt, ad indicandum scilicet, fore ut cum tempore omnia creata vicissim immittuantur & intereant plane: idq; vel maximè atq; insuper in literâ ה ideo monstrari, quæ aliæ & ipsa constet ex literis contiguis saltim, immò dissolutis. Sic Jesaiæ VII, 14 Mem, litera quædam finalis, vel Mem clausum, præter morem linguæ sanctæ, in medio vocis reperitur, in dicto illo: Ecce חַלְמֹתִי Virgo concipiet, Ec. hoc Cabballistæ Christiani ideo factum yicissim intelligunt, volunt,

ut clausa alvus atque perpetua Virginitas B. Matris Mariæ eo innuatur. Similis litera item occurrit capite seq. IX. 7 in voce לְמִרְבּוֹת ad multiplicandum. Quæ ex sententia Rabbi cuiusdam Hammai, in libro Sanhedrin, indigitet numerum annorum à tempore Jesaiæ publicatae; ejus prophetiæ usque ad tempus Messiæ. Huc pertinet etiam illud Hagg. I, 8. ubi deficit litera quædam, ה nimis in voce אַפְכָר glorificabo me, dicit Dominus: quæ cum quinarii numeri nota sit, ajunt notari defectum quinque rerum in templo secundo, nempe arcæ fœderis, Urim & Thummim, ignis superni, præsentia DEI & Spiritus Sancti: quem tamen adventus Messiæ ejusdemq; gloria facile possit suppleræ.

XXIX. *Architeconica*, sic dicta, succedit Cab- Archite-  
balæ species, quæ versatur circa dimensiones, stru-  
cturam atque proportionem ædificiorum sacrorum:  
ut arcæ Noæ, tabernaculi, altaris, arcæ fœderis, tem-  
pli totius Salomonæi, aliarumq; fabricarum in Sacris  
delineatarum. Cur, inqviunt enim Cabbalistæ, in-  
ter Judæos occultè Christianizantes, ( ut de suo,  
sicut alia non pauca, hæc mihi largiatur CL. Wilh.  
Schickardus, in Bechin. happ. pag. m. 64.) vel ut  
nostris vicissim dicam ex parte verbis, Christiani  
Judæorum more Cabbalizantes, cur inqviunt, Scri-  
ptura S. quæ nihil inane vel cassum tradit, sacra-  
rū fabricarū quantitates tam sollicitè nobis inculcat?  
אין ב תורה אפילו אתה אחת שאין ההרים גרוילים  
non est in Lege vel unica litera, à qua  
non maximi montes suspensi sint. Quid hæc tam cu-  
riosæ

riose cognoscere nostrâ refert? num tam grande templum, quale delineavit Ezechiel, è materiali lapide & ligno extructum iri quisquam sanus crederet? Annon sacræ olim ædes cum universo cultu Levitico Messiae typos gesserunt? nunquid in Biblicalis proportionibus mysteria quædam occultare, & nobiliora omnium ætatum ingenia in iis exercere voluit sapientissimus mundi architectus? Quærunt itaque vicissim, speculantur, metiuntur, subtrahunt, multiplicant, dividunt. Summâ, Christum ubique & ubi vel minimè reris præfiguratum esse, perswasum sibi eunt. Perinde ut in Stenographiâ lineæ diversarum longitudinum pro literarum notis usurpantur, & ab artificii conscio facilè dignoscuntur, sic etiam proportiones sacras arbitrantur esse significativas, & instar scripturæ alicuius legibiles, omniq; Gematricis vel Calicis oculis intuenti intelligibles. Res ut obscurior manifesta fiat quadam antenus: ex: gr. sic Arca Noæ, descripta Genes. VI. capit. commate 15, dicitur ibid. fuisse 300 cubitos longa, 50 cubitos lata, & 30 alta. Hic Cabalista primùm suâ lege longitudinem dividit per altitudinem & prodeunt decem, qui numerus respondet decimæ Ebræorum literæ Jod, denarium item significanti: deinde addit proximè ipsam longitudinem, cui congruit litera Schin: denique vicissim eam (longitudinem) dividit per latitudinem & prodeunt sex, quæ notantur numericè per literam Vau. Sic ergò habet salutare nomen Servatotis, ישׁ JESU. Ita identidem i. Reg. VI, 2. templum Salomonæum describitur 60 cub. longum,

*Exempla.*

20. cub. latum, & 30. c. altum. Hēic Cabbalista suā lege primū latitudinem subtrahit ab altitudine, relinquit decem: iterū litera Jod: hoc residuum cū altitudine vicissim multiplicat, emergunt ter centum h. e. litera ו: denique per idem residuum, suprà, longitudinem dividit, ex-euntq; sex, h. e. Vau denuō. Facit iterū nomen benedictum יְשָׁהַיִּהְוֵד J E S U. Hactenus Gematrija, in genere sic dicta, prima atque summa Cabbalæ technicæ species.

XXX. Altera nunc sequitur principalis species נוטר יקון Notarjecun vocata: absque dubio à jecun. Notariorum sive scribarum publicorum consuetudine, quibus utpote moris est, ut loquitur Elias in Tisbi: abbreviare, dum scribunt duas vel tres aut plures literas, quarum unaquaque repræsentat dictionem unam. Estque nihil aliud jam, ut verbis utar R. Nathan in aruch majore, quām quando litera una fit signum totius rei: vel: positio literæ pro integra dictione significante. At verò jam vicissim, aliquot diversarumque vocum literæ aliquid prætendunt, vel unius vocis singulæ literæ: ut verè verum sit hēic iterū id Cabbalistarum: סְפִירַת הַתּוֹרָה הַרְפָּחָה בְּנֵי Libri Legis multæ sunt facies. Unde plures modi sive species hujus Cabbalæ iterū exsurgunt. Nunc enim aliquot diversarumque vocum, & extremæ quidem literæ, initiales vel finales, per aphæresin vel apocopen collectæ in unam summam, aliquod faciunt significativum vocabulum, ac mysterium per idem insinuant; nunc per syncopen, vel indifferenter quo-

que aut arbitrariā quadam ratione aliquid simile colligitur; & sic porrò.

Rasche  
theboth.

*Exempla.*

XXXI. Primus modus, quando ex aliquot diversarumque vocum literis initialibus, per aphæresin decurtatis, aliquid colligitur, vocatur ipsis רָאשֵׁי הַכּוֹתֶר *Rasche theboth*, q.d. *Capita dictionum*, & scribitur per hunc ipsum Cabbalæ Notariacæ modū: רְתָה. At verò exemplis ex Sacris desumptis hunc præterea declarare utile nec jucundum minus id fuerit. Ita ergò Genes. XXII, 7 quærerit Isaacus jam jam moriturus & victimæ loco offerendus D E O abs patre suo Abrahamo hisce verbis: *Pater mi, ecce hic est ignis & ligna, ubi verò victimæ holocausti:* & respondebat parens Abrahamus: יְרָאָה־לְךָ אֱלֹהִים, quod est, *DEUS providebit sibi, mi filii.* In his verbis, vel potius literis initialibus singulorum trium continetur Cabbalistice, & per modum præsentem Rasche theboth, vocabulum אֶלְעָן *Aries*, quem videbat Abrahamus postmodum cornibus suis inter vepres hærentem, Isaaci loco in victimam offerendum. Idemque adeò est, ac si quærenti filio Abrahamus de holocausto respondisset explicitè quidem: *fili mi, Dominus providebit sibi:* implicitè verò prævidisset jam intellectusque arietem cornibus suis dumeta implicitantem. Sic porrò ex verbis Genes. XLIX, 10. celebri dicto nimis. quod de Messia venturo agit, וּבָא שָׁרֶלֶת וּבָא *veniet Silob, & ei &c.*) per eandem Cabbalæ speciem elicetur feliciter & mirificè nomen ipsius Messiae, שׁי JESUS. Vicissim ex alio classico dicto, Psal. LXXII, 17. יְנוּן שְׁמוֹ וַיַּתְּבִּרְכֵּנוּ *sobolescat nomen ejus & bene-* dicen-

dicentur in eo, (quod expressè agit de nomine Messia) explicitè en iterum eruitur, quod implicitè latet in illo, idem nomen salutare יֶשׁוּא JESU. Mirum: quodque, sicut alia haud dissimilia, ipsorum Judæorum pertinacissimos quosdam partim ad stuporem partim ad fidem veram convertisse perhibetur. Huc pertinet, ad hanc nempe classem sive Cabbalæ speciem, nomen DEI fictitium, quod circumfertur, & est אֲגַלְּתָא AGLA, de quo agit Galatinus lib. II. cap. 15. pag. m. 95. & confici creditur ex integris his vocibus אָדָנִי לְעוֹלָם גָּבֹור אֶחָה, *Tu potens es in aeternum Domine*, vel potius earundem initialibus: & simul continere S. S. Trinitatis mysterium: quod אֱלֹהִים Unitatis sit nota, אֵל verò ternarii numeri, residuæ verò literæ אל DEUM denotent omnipotentem. Hic modus, דָת, fortissimo Judaicæ militiæ duci Judæ item nomen dedisse creditur. Cùm enim Antiocho tyranno se se oppositus ab angelo moneretur, ut viriliter agearet Deoque consideret, belli commitionibus suis in tesseram q. dedit verba hæc, Exod. XV, ii. וְהַזְרָה בְּאַלְמָם כְּמַכְה מֵי, quis sicuti Tu inter Deos JEHOVA? vexillis suis abbreviatè hoc modo inscripta: יְהָוָה בְּמִצְבָּה: quæ cùm vulgus stratiotarum mysticè seu Cabballicè scripta, vel non satis intelligeret, vel item victoriæ partæ non semel in hoc signo vim quandam ex opere operato quasi, ut sic dicam, & superstitione collocaret, insertis consonantibus hisce datis, pronunciationis caussâ, vocalibus his: MaCaBaI ergo legit: unde belli dux Juda hic constanter ita postmodum denominatus

creditur: Judas Maccabæus. Quanquam aliis aliud placeat. Huc refer item (transit enim hæc species Cabbalæ cum aliis non paucis, v. & conf. quæ supra dicta sunt, circa paragraph. XVII. XVIII. XIX. XX, ad alios quoque) illud Friderici Sapiens, Electoris Saxoniae, reformatoris, feliciss. piissimæq; memoriæ, Academiæ hujus: V. D. M. I. A. quod est: Verbum Domini manet in æternum: alia ejus generis. Cæterum notandum adhuc, quod retrograda Rasche theboth exempla item occurrant. v. gr: Cantic. Cant. IV, 8: **מִלְבָנָן תָּבוֹא**: scil: **אֶתְתָּה** *mecum de Libanon venies* (ordo rectus: scil: *veritas divina*) sequitur immediatè: **תְּשׁוּרֵי מַרְאֵשׁ אֶתְנָה** *prospicies de vertice Amana*: ordo inversus: iterum **תְּהִנָּה אֶתְתָּה** *ô tu veritas divina*: q. dicatur.

Sophie  
theboth.

Exempla.

XXXII. Secundus modus, quando ex aliquot diversarumque vocum literis finalibus, per apocope decurtatis, aliquid colligitur, vocatur **סֻפִי תָּבוֹת**, h. e. *fines dictionum*, & scribitur **סְתָה**. Hujus insigne habemus exemplum Exod. III, 13, quando quærit Moses DEUM, inquiens: *ecce ego vadām ad filios Israël* & *dicam eis*: *D E U S* patrum vestrorum misit me ad vos: & *dicent mibi*: *ecquod nomen ejus?* *quid dicam eis?* In harum quatuor vocum postremis literis: **לְוַיְהַ-שְׁמוֹ מֶרְאֵשׁ** mibi, quodnam nomen ejus? mirificè iterum latet statim nomen DEI essentiale & ineffabile, quod vocant, **יְהוָה** JEHOVA: (de quo tum postea in seqventibus expressè & fusiùs) quasi verò Mosi & Israelitis scisciantibus tacitè mox insimul respondeatur: ecquodnam nomen ejus? Resp. JEHOVA. Aliud exemplum

So.

Sophe theboth inesse creditur illis verbis, Genes. III, 3. בָּרָא אֱלֹהִים לְעוֹדֵת creavit Elohim, ut faceret ea: quæ occulte אַתָּה veritatem intextam habere putantur & innuere, juxta illud Psal. CXIX, 160. Caput vel initium Verbi tui אֶמְתָּה Fēritas. Quasi verò Moses, sapientissimus scriptor, artificiosâ hac literarum dispositione librum suum commendare voluerit, innuereque simul se se ipsissimam veritatem à DEO edoctum velle proponere. Nota: Retrograda & ipsa exempla Sophe theboth occurruunt quidem, quibus adducendis supersedemus tamen h. l.

XXXIII. Tertius modus Notaricæ, ( qui ratiōnā tamen est ) ex aliquot diversarumque vocum literis per syncopeni, vel potius saltūm, indifferenti & arbitrariā quadam methodo, aliquid vicissim vocemq; significativā colligit: & anonymus idem est: docilitatis gratiā atque memoriæ ergò poterat forte dici: *Syncope*, vel potius דָלֹג Dillugh h. e. saltus. Hujus specimen adferunt non invenustum, quando ludunt in nominibus Viri & uxoris, Gen. II, 23. שָׁנָה nempe *Virum* significat Ebræis, נָשָׁה *mulierem* & *uxorem*. Hæc duo vocabula in se contine-re ajunt nomen autoris conjugii & conjungentis conjuges, nimirum יְהֹוָה *Jah*, ex Jehoya decurtatum. Jod, inquam, prioris dictionis media, He v. posterioris ultima litera est. Quando ergò eximitur Jod de שָׁנָה *Viro* & נָשָׁה ex נָשָׁה *muliere*, ita ut absit jam יְהֹוָה DEUS utrinque, conjungens alias & copulans conjuges, seu item ut absit vera cognitio, invocatio, amor & timor DEI, quid remanet, inquit?

Untrinque, ajo, manet וְנִ & וְנֵ ignis nimis: & ignis quod est ignis reciprocus lumen & jurgiorum, qui perraro extingitur, sed ardet usque ad consummationem mutuam & perditionem novissimam, juxta illud Jobi XXXI, 12.

Notariaca  
in specie  
sic dicta.

Exempla.

XXXIV. Quartus modus τῆς Notarjecun jam est, quando non ex diversarum vocum aliquot, sed unius vocis singulis literis singula vocabula emergunt mysticèque aliquid inferunt. Anonymus in particulari hicque idem iterum est. Notariaca in specie sic dicta poteritque nominari. Hujus modi exempla sive specimina hæc sunt: v. gr: Primum vocabulum Veteris codicis sive libri Creationis, quod est בְּרָא שִׁירָה, pro numero totidem literarum resolvitur & explicatur per sex voces distinctas, ab iisdem consonantibns inchoatas, quæ sunt: בְּרָא רָקִיעַ אֶרְזַ שְׁמֹם יְמִם תְּהוּמוֹתָה DEUS scil: creavit firmamentum, terram, cœlum, mare, abyssos. Alii mysterium S. S. Trinitatis querunt in tribus summis ejusd. vocis elementis( vel item in mox immediateque sequene בְּרָא creavit) quæ referant utpote tres integras dictiones, hoc modo: בְּ scil. prima litera בְּn filium, ut qui est totius S. Scripturæ scopus; רְ altera רְוחַ Spiritum S. qui sit nexus amoris inter filium & patrem: נְ denique נְ Patrem, qui ideo ultimo loco ponatur, quia reveletur à Filio & Spiritu S. ab illo missis. Sic porrò Capitis ejusd. Genes. nempe I. commate 26. prima fit mentio Hominis, qui vocatur אָרָם homo: & tribuitur id nominis utriusque primorum parentum non raro. In hoc ergo nomine

mine contineri volunt, & beneficio hujus modi Notariacæ Cabbalæ eliciunt personas præcipuas illas, ex quibus descendantibus ordine expectandus sit Messias, nempe Abraham, David & Mirjam sive Maria: quæ tres personæ utpote ordine literis his tribus אָדָם insinuentur. Proporrò in voce יְהִוָּה, quâ ipsâ disertè de Messiâ venturo affirmatur, quod sit ipsi futura יְקֻנָּה aggregatio, vel juxta alios obedientia populorum, ita insinuari volunt, ingeniosè magis quam accuratè, quinam sint futuri populi illi, Messiæ adhaesuri: nempe: Jüden / Christen / Heiden / Türk'en. Aliis atque multo pluribus exemplis hujus modi adducendis supercedemus. Ac pertinet huc exemplum id quoque, quod suprà paragrapho XX. adductum est: nempe vocabulum נַמְרָצָה. V. illud ibid.

XXXV. Quintus modus etiam huc commode poterit adhuc referri, quando nimirum unius vocis non literæ singulæ, sed syllabæ quædam constituunt singula vocabula & aliquid his indigitatur. Anonymus idemque est in particulari. Tmesis aliás & communiter in aliis linguis salutatur. Sic vicissim v. gr. initialem S. Codicis vocem Exempl. בְּרָא שִׁירָת in principio, dislocant in has duas: בְּרָא creavit fundamentum, vel has potius, בְּרָא filium ponam, dabo: quasi quæ vox summarum statim referat & scopum intendat totius S. Scripturæ.

XXXVI. Temurah, תְּמֻרָה, restat nunc, ultima eademque species summa Cabbalæ speculativa sive technicæ: quæ non, sicuti priores duæ, li-

teras vel mathematicè considerat, vel ex alterius vocis cuiusdā, aut vocum literis quibusdam aut singularis ordine suo decenti fere & naturali collocatis aliquid infert colligitque, sed quæ textūs sive vocabuli vicissim alicujus tot numero retinet quidem literas, eas tamen variè componit, vel potius transponit, committat inter se, transformat inimò, & sic porrò. Unde פור וְהַמִּיר ( à מיר rad.)

**Othijoth.** *Commutatio, permutatio* etiam audit. Ejus modi hi vicissim sunt: Primus, textūs sive vocabuli alicujus literis iisdem numero per metathesin transpositis saltem aliterque coagmentatis, novam sic distinctionem significativam elicit, quæ illius, primæ, evolutio q. sit. Et respondet adeò nostris anagrammatismis. *Calicis נוֹתִין* quasi *literarius* dicitur.

**Exempla.** Ejus exempla quædam, hoc est, Anagrammata Ebræa, hæc habeas pauca. Primam vocem libri Creationis totiusque ideo Codicis S. iterū, quæ est בראשית, feracissimam illam mysteriorum similium, resolvunt vel exponunt, transpositis hac ratione elementis, per תשרי נ, id est, primâ die mensis Tisri ( est autem Tisri mensis Ebræorum, nostro fere Septembri respondens ) scil. creavit DEUS cœlum & terram; adeoque innuunt in autumni primi mensis die primâ præcisè creatum hoc universum: quo tempore item aliàs annum suum civilem quondam incipiebant Ebræi: V. & conf. suprà paragr. XXVII. Sic transpositis literis ex nomine הארץ homo, fit ארמה terra. Ex נח Noah, נח gratia, qui & invenisse gratiam coram DEO præ reliquis legitur, Genes. VI, 8. Sic Exod.

XXIII, 23 dicitur פָּלָאכִי Angelus meus corām te ab-  
iturus est. Quisnam hic angelus? Resp. per Cab-  
balæ hanc speciem, factâ elementorum nudè trans-  
locatione, מִיכָּאֵל Michael h. e., Messias in Da-  
niele ita nominatus. Sic Jesaiæ cap. XL, 26. quærenti:  
מַיְּהִיא בָּרָא אֱלֹהִים quis creavit ista? Cabbalisticè re-  
spondetur, hac lege transpositis nudè iisdem lite-  
ris textūs; בְּלֹא אֱלֹהִים DEUS creavit. Huc per-  
tinet omnino modus ille quoque Pici Mirandula-  
ni, v. ejusd. Heptaplum, sub finem, pag. m. 59.  
seqq; arbitrarius sive fusior non nihil, cuius bene-  
ficio ex eadem illâ sæpiuscule allegatâ voce initia-  
li, בְּרָא שִׁירָה, transpositis & combinatis vicissim  
variè literis hunc sensum elicit: Pater in filio, ו  
per filium, principium ו finem sive quietem, creavit  
caput, ignem ו fundamentū magni hominis, fædere bona.

XXXVII. Alter modus Temuræ צִירוּף Tsiruph. dicitur, q. dicas Combinatio. Estque aliud nihil, nisi literarum, æqualibus numeris per certam al-  
phabeti totius Ebraici revolutionem sive combina-  
tionem, aliarum pro aliis positio & acceptio. Ac  
quantumvis quidem ejusmodi plures sint vicissim  
numerariq; possint, (Capnio sive Reuchlinus, lib. III.  
pag. m. 3146. seq. pro numero elementorum pri-  
migeniorum XXII. numerat: at verò possent decu-  
plo plures fortasse fingi) attamen duo præprimis  
principatum obtinent: rectus & naturalis, atq; præ-  
posterus vel retrogradus. Ultriusque ratio hæc est: Albam  
Dividunt alphabetum Ebraicum in duas æqua- &  
les partes, literis sibi invicem ordine parallelo sub- Athbasch.  
scriptis, vel ordine recto & naturali, hoc modo:

א ב ג ד ה ו ז ח ט ו כ  
ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת  
vel retrogrado, h. m.

א ב ג ד ה ו ז ח ט ו כ  
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Primum modum **אלבם** *Albam* nuncupant: posteriorem **אַתְּבָשׁ** *Athbasch*: utrumq; à situ, nec non per connexionem elementorum sibi invicem oppositorum subscriptorumque. In praxi denique jam una litera pro alterâ, superior pro inferiore, & vice versa, sumitur & legitur; cùm in **אַנְאָלָוֹסָה**, quando per dictas Cabbalæ species sensum aliquem ex Scripturâ eruunt, tûm in **συνθέσεις**, quando per easdem animi sui sensa sibi invicem scripto quodam communicare volunt, ne ab aliis legi intel-

**Exempla.** ligique eadem possint. Utriusque exemplum habuimus suprà, paragrapho XXI. **אלbam** apud Jesaiam, cap. VII. 6. in voce **טְבָאֵל** quod substitutum creditur in locum nominis proprii regis Israël **רַמְלִיכָה** vel **רַמְלִיכָה**, sicut alibi item legitur. **Athbasch** apud Jeremiæm, cap. XXV, 25 in fictio nomine **רַקְעֵשׂ** quod subordinatum sit hac legi nomini **בְּבָלֶגֶת**, dictis suprà de caussis. Sic porro τὸ *Athbasch* imprimis specimen haberi existimatur apud eundem Jerem. cap. LI, 1. (in cuius scripto utpote plurima præ reliquis censentur haberi similia Cabbalistica) ubi propheta Chaldæos vocat: **קְמַזְלֵבָה** *Cor insurgentium vel insurgens contra*

tra Dominum, J E H O V A M: quæ voces duæ per modum Athbasch exhibent vocem כָּבָדָא Chaldeos, contrà Dominum insurgentes: quâ voce præ illis certè & Targum & Græca versio usi sunt expressæ: id qvare verò, nisi habito respectu ad Athbasch?

XXXVIII. Postremus denique omnium, i- Tertius demque tertius & ultimus Temurah modus est, Temurah quando literæ, alphabetum integrum Ebraeorum, modus. nec non vocabula & sententiæ, integri textus sacri, commutantur cum literis peregrinis, immò notis quibusdam ductibusque tortuosis arcanisque, scripturæ instar hieroglyphicæ cujusdam: adeoque & hac ratione involvitur aliquid occultaturque, inde conscientia artis ejus suâ lege eruendum. Ejus generis sunt, quæ huc referri adhiberique commodum possunt, ex. gr: Alphabetum sive *Scriptura transitus fluminis* sive *transfluvialis*, כתוב עבר הנחר, quam ita vocat, prout in libro quodam vetustissimo (גְּזִין נַעֲמָן) se invenisse eam testatur Abrah. de Balmes in Mikne, h. e. Peculio Gramm. ed. Hanov. cl. I. XCIV. mihi lit. b. 7. Vid. illum: Item Alphabetum Samaritanum, alia. Hujus generis est (vel certè referri huc, ad hanc postremam Cabbalaæ speciem, poterit quoque Scriptura hieroglyphica, de qnâ mox, & in Appendix vicem, infrà paulò: V. hanc omnino.

XXXIX. Hactenus ergo species quoque Cab-  
balæ technicæ sive artificialis. Unum id adhuc o-  
peræ pretium videbatur (quod restat) subdere sal-

*lifus, abu-  
fus, itemq;  
auctoritas*

*Cabbale:  
technicae.*

tum de Usu nimis abusu, adeoq; auctoritate quoq;  
ejusd; quamque habeat præsertim inter Christia-  
nos.. Ac respondemus heic quidem mox: huma-  
nam, humanam, minime vero divinam: unde ita, in  
distinctione ad illam veriorem, indubitatam ac di-  
vinam, suprà quoq; eam indigitavimus. Ac repe-  
timus heic item id tritum: *Uſus habet laudem, crimen  
abusus habet: vel potius D. Apostoli: Omnia proba-  
te, quod bonum est tenete.* Enimvero nihil  
seculi vicissim, quod de allegoriis, tropis anago-  
gisque Patrum S. sive Ecclesiæ DD. adstruitur, il-  
larum esse alias *Innatas*, textui sacro, alias *Illa-  
tas*: & iterum harum alias *oblatas*, suâ sponte, al-  
lias v. *extortas*, vi quadam, violentasque ni-  
miss, ad abusum etiam usque: id, ajam, non  
minus putarim etiam suoque modo de Cabba-  
la hac nostrâ, quâ de hactenus, affirmari posse.  
Sanè enim ut nihil dicam, Ejus quædam Judæo-  
rum pertinacissimos quosdam nihilominus ad stu-  
porem non semel, immò fidem seu religionem  
veram commovisse: inter quos est Theodorus qui-  
dam, Genuensis Italus, postea Ludovicus Carret-  
tus nominatus, Regis Galliarum Medicus (De Pau-  
lo Elchanan, converso & ipso Judæo suprà paragr.  
XXVII. ex parte dictum, qui LXXII. ex Cabbalâ hac  
petitis testimoniis demonstrat ad oculum veris  
reliquis, JESUM Nazarenum esse verum Messiam)  
certè, hercle videri poterat fortasse quædam, ex  
superioribus adductis non parvo numero exemplis,  
agnoscere autorem ipsum Spiritum S. qualia sunt,  
quæ-

quæ paragrapho XXI. ex Jesaiâ, Jeremiâ nec non Daniele adduximus. Quid dicam de ipsâ hac Cabalæ specie, vel quasi ( quamque à nemine observatam hactenus memini me quidem legisse , non incommodè interim reducendam ad Notarjecum ) quâ utitur ipse D E U S reapse, quando literam ™, symbolum tanquam veritatem promissionum ob-signans, ( quo de alibi fusiùs ) unde unde etiam de-sumptam nominibus אַבְרָם Abram וְ שָׂרֵי Sarai inserit? At verò, ejus interim quicquid sit, hæc seu peritia vel ars Calico- symbolica in quantum falsa atque sana est, non insulsa, hoc est, quatenus i. probabile aliquod fundamentum habet in textu sacro: 2. convenientiam adeò cum rebus, de quibus locus est, vel analogiam quandam: 3. nec ergo analogia fidei contraria est, potius subordi-na-ta & conformis eidem, utique locum suum habe-re poterit cùm in Philologiâ S. tùm etiam Theo-logia & didactica & polemicâ, imprimis in quantum dirigitur eadem ad Veteris fœderis uberiorem mul-tò expositionem, Judæorum autem expeditiorem cù confutationem & conversionem. Ita vicissim ta-men, ut moderatè eadem atque cautè item adhi-beatur, ne vel in excessu, aut defectu quoque pec-cetur. In excessu, cum Valentinianis atque Gnosti-cis jam olim, quorum hæresi, teste Irenæo & Epi-phanio, originem dedisse creditus nō absimilis pros-fus modus, & ipsis jam tum quoq; usitatus, interpre-tandi Scripturâ SS. dum discussis inter se se variè ele-mentis lacerabat verius eā, quàm examinabant aut:

exponebant, in lucem expositis ab ipsis miris inauditiisque hæreses portentis. In defectu vicissim tamen & ipso quoque cum Judæis hodie nonnullis, quæ apud ipsos factio ideo קראוי sive Caraitæ vocantur, & in Poloniâ, Russiâ atque Turcia prohibetur satis frequens esse, quibus (maxime propter Cabbalæ abusum) nihil sapit nisi unicè litera textūs, quam mordicus ideo tenent, nec ab hac vel latum ungvem discedunt: sic ut puerperæ eorumdem hodie etiam adhuc, vel foemelliperæ potius, quando filiam enixa sunt, non sex tantum ut reliquæ mulieres Judaicæ, sed 12. integras septimanas domi se contineant: unde cæteris Judæis (quod obiter) adeò etiam exosæ sunt, ut pater aliquis (ad unum v. omnes feruntur ditissimi esse) cum summâ dote vix sibi generum emere possit. Tantum.

**III. Cab-** XL. Cabbala falsa, superstitionis, impia, blasphemata falsa immò dæmoniaca restat adhuc, quam & Practi-  
**& dæmo-** cam indigitant quidam de quâ paucissimis etiam a-  
**nica-** liquid, lege scil. promissi. Ad extremos tamen usq; Garamantes quam confessim & truces ultrà Sauro-  
 matas ad Orcum usq; relegamus. De quâ & id intel-  
 ligimus. Megalandri B. Lutheri nostri, Tom. Jen.  
 V III. pag. 124. Ein Jüde steckt so voll Abgötterey  
 und Zauberrey als Neun Kühe haare haben / das  
 ist unenbllich und unzähllich / wie der Teuffel ihr  
 Gott voller Lügen ist / &c. Hæc jam beneficio certorum S. S. Scripturæ characterum, verborum, tex-  
 tuum item integrorum, mira, prodigiosaque non  
 tantum, immò miracula patrare plurima creditur.  
 Ac ipse R. Levi, ben Gerson, Judæorum doctior  
 qui-

quidam, enumerat alicubi plurimos Cabbalæ hujus effectus: ex. gr. Dæmonum exorcisationem: quod quidem concessum est aliâs & in Talmudico ope-  
re, multisq; ibidem exemplis confirmatur. Porrò verba quædam recitantur S. Scripturæ, quæ pani &  
ovo cuidam inscripta igni extingvendo incendiisq;  
reprimendis inserviant: das Feuer zuversprechen, Ite-  
rūm, verbis S. Scripturæ docet eadem vulnera cu-  
rare, puerperis benedicere. Proporrò dicta quæ-  
dam, integros psalmos & precatiunculas quasdam  
membranæ vel corio cervino inscribere, quæ ap-  
pensa de collo gravidæ aut parturientis, partum, &  
sine dolore quidem, promoveant. Præterea Psalmor-  
um alios canere docet aut recitare præcavendis  
abigendisq; vulneribus quibuscumque: sicc fest zu  
machen: alios curandis oculorum aliquaque morbis:  
alios rursùm furtis detegendis revelandisq;: alios,  
qui omnium oculis, præsentem licet, celent subdu-  
cantq;: unsichtbar zu machen: alios vicissim, qui gra-  
tiam concilient, qui idoneos reddant doctosq; ad  
quævis & in re qualibet: & quæ sunt plastra sexcen-  
ta alia plurimaque impiatum ac blasphemiarum,  
quæ veremur hoc loco ultrà adscribere. Præ reli-  
quis verò hisce de duobus jactat se se eadem ars  
usibus: altero in Theologiâ, altero in Medicinâ.  
Prior: ratio ea vitæ beatior, quâ possit homo  
uniri D E O, consortioque frui & colloqvio fa-  
miliari sanctorum angelorum, cùjus item benefi-  
cio possit sapere plus ultrà, futura prædicere,  
denique miracula præstare. Posterior, in  
Medicinâ, versatur circa id arcanum sive mysterium

naturæ , quod tincturam sive lapidē philosophos  
vocant: conficiendi nempe aurum, medicamentum-  
que aliquod Universale. Deniq; ad hanc quoq; Cab-  
balam illa ejus pertinet specialior , de שֶׁמֶן הַמְפָרֵשׁ Schemhamphoras. De quo in Talmude tract. Kiddusch.  
כל היודעו והזהיר בו והמשמרו בטהר אהוב למעלה  
נווחמר למת ואומהו מוטלת על חבירות ונוחל שתי  
עולם. זהה והעולם הכרה: h. i.e. *Omnis qui novit*  
*illud, & cavit sibi ab eo, & custodit id in munditia,*  
*amatus est supra (in cœlo) & desideratus infra (in*  
*terâ) & terror ejus cadit super omnem creaturam, ac*  
*bæres fit utriusque mundi, præsentis & futuri: De*  
*quo mira pariter adferunt, sed blasphema, inepta,*  
*puerilia, ridicula. Integrum de hoc, vel potius fu-*  
*tilitate ejus, conscripsit tractatum B. noster Luthe-*  
*rus, qui extat Tom. Jen. germ. VIII. v. illum. Sed*  
*manum denique de tabulâ hac. Plurâ ejus generis,*  
*de Cabbalâ Ebraeorum sive Judæorum in genere,*  
*qui cognoscere gestit, Vid. Pic. Mirandul. conclu-*  
*siones, item Apolog. nec non de hom. dignit. Petr.*  
*Galatin. lib. I. cap. 6. Reuchlin. de Cabbalâ, item de*  
*Verbo mirif. Sixt. Senens. Bibl. S. lib. III. Buxtorf. Ti-*  
*beriad. cap. 14. 15. 16. Schickard. in Bechin. happe-*  
*rusch. pag. 60. seqq. Walth. Offic. Bibl. pag. m. 545. seqq.*  
*Glaß. Phil. S. lib. II. pârt. I. tract. 2. sect. 3. art. 7.*  
*p. m. 426. seqq. D. Müller. Judaism. pag.*  
*48. seqq. &c.*

*Dirige nos in Veritate tua, DOMINE:*  
*Verbum tuum veritas est!*

65  
**APPENDIX:**

*exhibens*

**HIEROGRAPHICUM,**


juxta Auctores fide dignos, rupi Oreb, mon-  
tis Sinai, à Mose divino Viro freqventatis  
olim, sesquipalmaribus incisum literis,  
hodieq; adhuc legi ibidem dignum:  
Cujus hæc sit Lectio & Interpreta-  
tio Latina:

**DEUS VIRGINEM CONCIPERE  
FACIET: ET ILLA PARIET  
FILIU M.**

**S**t. notissimi nominis, quid? celeberrimi, πολυμαθὴς καὶ πολύγλωτος Vir, ATHANASIUS KIRCHERUS, Fuldensis Buchonius, qui Romæ adhuc vivit; hic in suo Prodromo (Oedipi Ægyptiaci) quem inscribit, Copto sive Ægyptiaco, Cap. VIII. pag. 201. seqq: hanc in medium adfert primus, in quantum constat, mirabilem vetustissimamque, ut ipse vocat, Scripturam sacram, de qua mox, sive Cabballam sive hieroglyphicam. Cujus, cùm in paucissimorum manibꝫ sit hic Liber, in gratiā συμφιλογύσην, Appendicis in vicem, h. l. & propter materiæ quandam affinitatem, dabimus compendio: quæ prolixis & perplexis nonnihil Auctor: I. Schema. II. Historiam. III. Judicium de eadem, cùm Auctoris tūm etiam aliorum.

I. **S C H E M A.**

I



Nota: In duobus præcipuisque locis per oscitantiam Sculptoris omissi sunt Orbiculi, adhibiti aliâs sâpe in hac Scripturâ.

## II. HISTORIA.

Sacrum hoc Schema AUCTOR CL. se primùm accepisse affirmat à quodam Dominico, Germano, natione Silesio, Arab. ling. Professore Romæ, ut vires in eo suas experiretur: qui hoc ab *ἀὐλόπην* Thomâ Obecino, Novariensi, Fr. S. Francisci, Orient. LL. peritissimo, cuius in lingvâ Italicâ avthenticum quoque producit testimonium, pag. 205. Id Schema porrò se contulisse etiam affirmat cum alio quodam exemplari, simillimo suo planè, Johann: Baptistæ Doni, qui ab Anglo quodam idem acceperit. Deniq; approbata omnia ab Illustriss. D. Petro à Valle, cùm montis Sinæ, tûm Scripturæ hujus oculato item teste & inspectore, aliis. Inscripta fertur, vel incisa potius profundè satis, sesquipalmaribus literis (*un palmo & mezzo*, Ital.) rupi cuidam vel saxo, petræ parvæ, ad radices montis Oreb (*in una pietra piccola, posta à piedi del monte Oreb*) quæ pars sit quædam montis Sinai; in quo loco Deus Mosi olim in rubo apparens incombusto primùm cum eodem locutus est, & deinceps Legem etiam dedit: & à vetustissimis quidem temporibus, longè ante exhibitum Messiam, attestantibus accolis horum locorum, aliis circumstantiis: vel à viro quodam sancto, vel potius prophetâ, nisi quod probabilius, planè à Mose ipso, divino Viro: cuius (procul dubio omni) utpote aliâs plures similesque, teste autore, ibidem locorum re-

peciantur Inscriptiones: loca viag̃o LXX. palmarum,  
collectionis manna, confraktionis diuarum tabula-  
rum, alia designantes. V. pag. 219. &c. 220.

### III. JUDICIUM.

Indigenæ ejus loci populi, Arabes, nec non re-  
ligiosi, monasteriorum ibidem incolæ, ad unum o-  
mnes, pro insolubili hanc Scripturam & à nemine  
hactenus explicatam: habent. Freti unâ solâ tamen  
traditione quadam, credunt hanc esse Jeremiæ pro-  
phetæ symbolum atque indicem quasi manum (*ove  
baueua nascosteri sacri vas del tempio*) ubi sancta  
templi vasa absconderit: addito, sàpenumérò (*un  
splendore mirabile*) mirabilem quendam splendorem  
supra istâ petrâ visum. Cærūmmonet rectè P. Th.  
Obecinūs, in suo authentico allegato, ex Macca-  
bæor. II. capitis secundi collatione cùm Deuteronomio  
XXXIV. hunc montem illic (in Maccabæis) Nebo  
in terrâ Moabitarum designari, minimè Oreb  
vel Sinai, Madian, distantes ad minimum XX. mil-  
liar.

Jam, Auctor verò noster ita de eadem  
habet: (*dabimus autem nunc & hac vice ipsissima  
Ejus verba*) ita enim ille pag. 206: *Hac itaque testifi-  
catione acceptâ, dico hanc Scripturam (omnium Orien-  
talium opinione inexplicabilem, à nemine antehac  
explanatam, pag: præced. 201.) antiquam Chaldaicam  
esse (quanquam afferat & pag. 202. alibi, ad Ebraicæ, Sa-  
maritanæ & Syriacæ lingvarum characteres proximè  
illam quoq; accedere) quam Assyriam & Targumicam  
alii, alii Arameam, Liboneam seu Babyloniam, eò quod  
tempore regum Isræl & captivitatis Babylonice eâ paßim  
& vulgo uteruptur; alii deniq; aliis nominibus appellant.*

Chara-


Character vero ejus antiquus Hebreus est, monogrammativus, ad mysteria sub eo latentia à profanorum latione securius occultanda, exaratus: cuius sensum istius esse dicimus, qui sequitur:

### DEUS VIRGINEM CONCIPERE FACIET.

Verum, ut explicacionis facta (verba ahdic sunt Auctoris) veritas luculentius omnibus innescat, singularum vocum resolutionem in suis literis hic apponam:

*Ἄνθετος*

Inscriptionis Chaldaicae antique:



Jebten


Deus Virginem concipere faciet

Almatba

Adonai.

Hanc

Hanc literarum analysin cùm pensiculatiùs excusis-  
sem, in ultimâ voce יְהוָה duas alias adhuc voces conti-  
neri adverti, videlicet sequentes:



*Vet habten Ben: ♂ illa pariet filium.*

*Ita ut totius Scripture sensus sit: Deus VIR-  
GINEM CONCIPERE FACET, ET ILLA PARIET FILIUM.  
Hactenus Autor.*

Porrò Assensum etiam adducit Virorum aliquot in Orientalibus lingvis peritissimorum, quos sibi super hac lectione & interpretatione suâ habeat ὄμοψή Φραγκ. Fusiùs etiam nonnihil hæc tum postea declarat (reservatis tamen vicissim aliis aliisq; ipsi Oedipo suo promisso) præsertim apices tres priores mysticos quod attinet. Paucissimis: Apices tres ipsos dictos, in modum coronæ dispositos fere, ex Veterum instituto, tria Jodim interpretatur, quibus mysticum DEI nomen יהוה vel יה non tantum quondam significabatur, sed S. S. Trinitatis mysterium quo-

quoque insinuatur. Quo nomine adducit solemnem  
a sacerdote summo olim populo datam, tribus dex-  
træ manus mediis digitis extensis, tanq. tribus Jodim  
(Symboli quasi loco, & in ipsum hunc finem, teste  
Rambam) benedictionem: quæ utpote typus fuerit  
ejus, per Patrem, Filium & Spiritum S. in lege gratiæ  
fidelibus deinceps dandæ, benedictionis. Item  
הִי ipsum Nomen D E I, decurtatum quod vocant  
aliás, & quod ex ipsis verbis, sede suâ tanq. propriâ,  
Exod. III, 14. & præsertim verbo אֶחָיוֹת Ego vel Sum  
ter repetito desumptum extractumque sit: h. m:  
אֶחָיוֹת אשר אֶחָיוֹת כִּי תֹאמְר אֶחָיוֹת שְׁלַחֲנֵי  
id est, *Ego sum qui sum, sic dices: qui Est misit  
me ad vos:* quasi verò manifestè D E U S dicat:  
אֶחָיוֹת קָנֵי הוּא יְהָוָה Ego (sum) ille f a b vel D E U S, Ego  
ille D E U S, sic dices: יְהָוָה vel יְהָוָה misit me ad vos.  
Et quæ sunt alia, his similia, quæ adfert, concer-  
nentia tres dictos ipsos apices mysticos.

In reliquorum characterum (dictâ suprà de  
causâ) expositione contractior nonnihil Auctor est,  
majora atque plura nos quando potius expectaba-  
mus. Alterum vocabulum עַלְמָתָה Almatba  
eidem est, quod producit, h. e. Virgo: quam E-  
bræi עַלְמָתָה, Chaldaeи עַלְמָתָה, Syri حَلْمَةٌ  
Virginem juvenculam & absconditam appellant. Cujus  
literas singulas, ad Ebræorum partem, partem Syro-  
rum accedentes satis manifestas esse existimat. Mem-  
clausum porrò & ipsum in Schemate, ut est apud  
Jesaiam,

Jesaiam, cap. IX in voce לְסֶרְבָּהּ, h. e. Virginitatem  
 Deiparæ illibatam, nec non alia, ubi urget. Tertia  
 Vox ipsi sequentia includit verba παρονοεῖσαι  
 ματικῶς Schemati inserta: בָּטָן וְהַבָּטָן בֵּן h. e.  
*concipere faciet, & pariet filium.* Radicem constituit  
**בָּטָן** (Ebr: בָּטָן venter, uterus q. d. fætum ex ven-  
 tre producere, parere, item concipere. Cujus utpote  
 radicis literæ cum servilibus in posteriore Schematis  
 parte occultata lateant. Ex quibus omnibus  
 tandem concludit: Veritatem suæ Lectionis & In-  
 terpretationis, Vetusatem Hieroglyphici vel Hiero-  
 glyphici hujus, denique finem etiam atque  
 præcipue exarati ejusdem ibidem potissimum loci.  
 Nimicum, ut clara quædam & manifesta, sed mystica  
 tamen & intricata quædam expositio esset & Nominis  
**יְהוָה JEHOVA** primum, & mysterii Incarnationis,  
**ΤΥΠΩΣ** per rubum ardente, sed incombustum,  
 ibidem Moysi nec non populo electo revelatorum  
 adumbratorumque: adeoque; ut ex parte jam dictum,  
 potissimum mysteriorum Religionis falsificæ: No-  
 minis DEI essentialis JEHOVA, S. S. Trinitatis, In-  
 carnationis Verbi, adeoque; totius Operis Redemptio-  
 nis generis humani. Tantum.